



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio I. De Fide Receptiores sine lite Sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)



R. P. ANTONII
DE ESCOBAR
ET MENDOZA,
VALLISOLETANI,

Societatis IESV,
VNIVERSÆ THEOLOGIÆ
MORALIS RECEPTIORES SINE LITE
Sententiæ, Dubiæque Disceptationes.

DE FIDE, SPE, ET CHARITATE.




LIBER XLVII.

FIDES.

DE Fide omnium Virtutum radice, ac fundamento, ac iustifi-
cationis initio, uti ait Tridentinum sess. 6. c. 8. scripturus, eius
essentiam, obiectumque formale, ac materiale indicabo: necessitatem,
et obligationem exponam: De Infidelitate, Hæresi, ac hereticorum
pœnis agam, necnon de suspectis in fide, sollicitantibus in Confessio-
ne ad Venerem differtabor.

SECTIO PRIMA.

De Fide Receptiores sine lite sententia.



CAPVT I.

*De Fidei Essentia, & Obiecto formali,
ac materiali.*

MISSIS variis fidei acceptionibus alienis
ab instituto nostro considerante fidem
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

quatenus quædam virtus est nostræ iustifica-
tionis initium, & reliquarum Virtutum radix
& fundamentum, Fides est sperandarum sub-
stantia, verum argumentum non apparentium,
ad Hebr. 11. Dicitur substantia rerum speran-
darum, tum quia per eam quodammodo
subsistunt in nobis res, quas speramus: tum
quia ipsa ut fundamentum substat omni-
bus aliis virtutibus, quibus via speratæ glo-
riæ præparatur. Vocatur argumentum, seu con-
uictio

A


uictio

uictio non apparentium, ob euidentiam quam habet simul cum certitudine, quæ in ipsa auctoritate diuina fundatur. Mag. st. Sent. in 3. dist. 23. Chrys. hom. 21. ad locum Pauli. Valent. d. 1. q. 4. p. 1. Palao 10. 1. r. 4. d. 1. p. 1. n. 1.

² *Alia fidei vulgarior definitio.* Aliis verbis ab aliis definitur: *Fides est virtus Theologica a Deo infusa, per quam firmiter asseritur ob Dei auctoritatem iis, quæ à Deo reuelata sunt, & ab Ecclesia proposita, ut à nobis credantur.* Quæ quidem definitio est veluti præfata ex Paulo definitionis explicatio. D. Tho. 2. 2. q. 4. a. 1. Sylui 9. 1. Azor. 10. 1. l. 8. c. 1. q. 3. Reginal. l. 17. n. 10. Tolet. l. 4. c. 1. Filliuc. ar. 22. num. 1.

³ *Obiectum formale fidei.* Obiectum fidei est duplex formale, ac materiale, Formale est Deus, non precisè quia Deus, sed quia verax est. Sicut enim solemus homini narranti credere, non ideo præcisè quia homo, aut nobilis, aut diues, aut doctus, sed quia verax est: sic credimus Deo reuelanti, non ideo præcisè quia Deus, aut æternus aut omnipotens, sed quia est verax. D. Tho. 2. 2. q. 1. a. 1. Valent. 10. 1. d. 1. q. 1. & alij.

⁴ *Materiale obiectum.* Materiale obiectum circa quod fides versatur sunt omnia, quæ ad Catholicam veritatem pertinent, & ab Ecclesia fidelibus credenda proponuntur tanquam à Deo reuelata. Constituuntur septem gradus huiusmodi propositionum. Primus est earum, quæ apertè, & in propriis terminis in scripturis Canonice habentur. Secundus earum, quæ ex Canonice scripturis deducuntur. Tertius, earum, quæ Apostolica traditione habentur. Quartus, earum, quæ à Conciliis legitime congregatis à summo confirmatis Præfule sunt definitæ. Quintus, earum, quæ tanquam de fide à Sede Apostolica proponuntur. Sextus, earum, quæ vnanimi Patrum consensu tanquam de fide exponuntur, & asseruntur contra hæretica dogmata. Septimus, earum, quæ euidenter ex tribus postremis gradibus euidenter deducuntur. Valent. 10. 1. d. 1. q. 1. punct. 1. Sylui. 2. 2. q. 1. art. 1. concl. 3. Tolet. l. 4. c. 1. n. 7. Reginal. l. 17. n. 12. Becan. de fide, c. 2. Cano. de locis l. 12. c. 7. ad 12.



CAPVT II.

De Fidei certitudine eiusque Obiecto.

⁵ *Quamuis fides obscura sit, certior est quam naturalis scientia.* Quamuis fides obscura sit, tamen est quamuis scientia naturali certior. Quia certitudo scientiarum est absolute fallibilis; certitudo autem fidei infallibilis est: veracitas enim diuina omnibus à se reuelatis tribuit immobilitatem, ac firmitatem simpliciter infinitam adeo, ut per nullā potentiam possint esse falsa, quæ fide Catholica credimus ac naturales rerum proprietates, similiter & effectus causarum impediri à Deo possunt, ut Iosue 10. 13. Isaia 38. 8. Hinc Dominus Mat. 24. 35. Calum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Vnde debemus parati esse, abnegare potius omnem naturalem euidentiam, omnem experientiam sensuum, omnem rationem, quam villo modo de illis dubitare, quæ Deus affirmavit & per Ecclesiam suam nobis credenda proposuit: ut patet in

potissimis fidei mysteriis, Trinitatis, Incarnationis, Eucharistie, Resurrectionis, &c. D. Tho. 2. 2. q. 4. a. 8. & omnes.

Non possunt actus fidei, & scientie simul consistere. Quia actus hi habent conditiones repugnantes; vnus enim est euidentis, alter obscurus, vnus necessarius, alter liber: vnus naturalis, alter supernaturalis, vnus ob rationē intrinsecā alter ob extrinsecā creditur. Nō igitur simul possūt ab intellectu elici: hoc enim naturæ vires superat. At per absolutā Dei potentiam posset hoc fieri, si supernaturaliter intellectus noster à Deo corroboraretur. Quia nō implicat contradictionē. Perfecto actus scientie potest cū habitu fidei consistere: & habitus fidei cū scientiæ habitu, ac proinde potest aliquis successiue, modo credere esse Deum, modo scire per euidentem demonstrationem. Sed actus fidei longe præstantior est, & certior scientiæ actu. D. Tho. & omnes.

Soli viatores hi fidem habent, qui captiuant suum intellectum in eius, siue Christi obsequium credentes firmissimè ea omnia, quæ Deus reuelauit, & per Ecclesiam credenda proposuit, qui dicuntur Catholici. Vnde Angeli creationis initio, & Adamus in paradiso fidem habuere. Quia viatores erant nondum admissi ad patriam. Qui in Purgatorio versantur, fidem retinent. Quia partim sunt in via, partim in termino: ex via habent fidem, nondum enim admissi sunt ad speciem; ex termino habent certam spem salutis; sententia enim iam est lata, Peccatores etiam grauissimi fidem diuinis infusam retineant, quandiu peccatum infidelitatis non commiserint. Trid. ses. 6. can. 28. Hæretici non habent fidem. Quia sicut perpetratione vnus peccati mortalis tota charitas amittitur: ita etiam vnica infidelitate tota fides aboleretur. Beati nō habent fidem. Quia gloriæ lumen non potest cum fide consistere. Nec damnati. Quia in termino sunt, & nihil possunt sperare. Scio, Iacobum Epist. cap. 2. dixisse demones credere. Sed hoc intelligendum de assensu naturali, non de fide diuinis infusa. D. Tho. 2. 2. q. 4. a. 1. & 2. & omnes.

Fides alia implicita, alia explicita. Explicita contingit, quando aliquid creditur in particulari, & in se ipso: vnde qui credit Christum Dominum natum esse ex Deo, dicitur fidem explicitam mysterij Natiuitatis habere. Implicita vero est, quando aliquid creditur nō in particulari, & in se ipso, sed in aliquo alio: ideo qui credit quicquid sancta credit Mater Ecclesia dicitur habere fidem implicitā mysterij Trinitatis, Incarnationis, &c. quia inter ea, quæ sancta Mater Ecclesia credit, sunt Trinitatis, Incarnationis mysteria: Fides aliquando accipitur pro ipsa virtute, seu habitu fidei, aliquando pro ipso actu credendi. Azor. tom. 1. lib. 8. c. 6. Valent. 2. 2. d. 1. q. 2. p. 1. n. 3. Tolet. l. 4. c. 2. m. 9. Sanch. l. 2. Decal. c. 2. m. 2. Laym. l. 2. tr. 1. cap. 8. num. 1.

CAPVT

CAPVT III.

De fidei necessitate.

9
Fides quomodo
tunc re-
pare ad gra-
tiam, & glo-
riam neces-
saria fuit ne-
cessitate
medy,

Si fides accipitur pro ipso actu credendi ex-
plicitè aliquid supernaturalè obiectum,
omnibus vsum rationis habentibus quocum-
que tempore, ad gratiam & gloriam conse-
quendam fuit necessaria necessitate, medy, seu
positi, id est, quia prætermissa salus obtineri non
potuit in vltimo euentu, etiam si inculpabiliter
prætermittetur. Quia ad Heb. 11. dicuntur
Accedentes ad Deum oportet credere & in Tri-
dentino *sess. 6. c. 8.* sine fide nulli vquam iusti-
ficationem contingit asseritur. Becan. c. 12. qu.
12. §. Bannes 2.2. q. 2. a. 8. dub. 1. Concl. 1. Valent.
2.2. d. 1. q. 2. pun. 2. Laym. l. 1. tri. c. 8. n. 3.

10 Principium omnis meriti est actus fidei su-
pernaturalis; ideoque baptizati in infantia
per infantiam, nequeunt facti adulti obique supernaturalis
fidei actu gloriam adipisci. Quia adulti ne-
queunt ob sola Christi Domini merita glo-
riam consequi, sed propriis quoque meritis in-
digeat. Vnde si puer statim ac ad annos discre-
tionis perueniret, moriatur, ac diuinam peti-
tentiam promerit, vel vt interius illustretur
vel ab aliquo ei ita fide mysteria proponant-
ur, vt credere possit. D. Tho. in 3. dist. 15. q. 2. a.
1. quæstione, c. 1. Valent. 2. 2. d. 1. quæst. 2. punct. 3.
concl. 1.

11 Polt Adami lapsum semper fuit necessaria
Fides im- necessaria necessitate medijs ad gratiam & glo-
pietia riam consequendam, fides saltem implicita
Christi post Christi tanquam mediatoris, ac Redemptoris,
Adami la- cuius meritis hæc erant assequenda. Quia in
psum necessa- multis Sacræ Scripturæ locis fides in Chri-
ria fuit nec- stum omnibus tanquam ad salutem necessaria
esse autem commendatur. Laym. l. 2. *ar. 1. c. 9. in m.* 1. Sylvi.
medo. 2. 2. q. 1. a. 10. *concl. 3.* Loca autem Sacræ pagi-
ne inuenies ad *Rom. 3. 4. & 5. ad Co-*
rim. 10.

12
*Quæ sint
 post Christi
 aduentum ad
 gratiam, &
 gloriam ne-
 cessitate
 medij cre-
 dere, & con-
 fite-
 ri.*

At post Christi Domini aduentum & suffi-
 cientem Euangelij promulgationem ad pri-
 mam, & vltimam salutem, ad gratiam scilicet,
 & gloriam necessitate mediij credere expli-
 cite necessum est, in primis, Deum esse, nam qui
 tendit in finem, debet illum præcognoscere:
 sed finis est visio Dei remuneratoris: Ergo de-
 bemus credere, Deum esse, remuneratoremque
 existere. Deinde Trinitatis mysterium; quia fū-
 damentum nostræ salutis est, & finis huius my-
 sterij cognitione nequit Christus Domini sa-
 tis agnosci, vi potius qui est Patris æterni Filius,
 & Spiritus sancti virtute conceptus. Denique
 mysterium Christi, nempe Christum esse ve-
 rum hominem, mortuum esse, ac resurrexisse
 pro totius humani generis salute. Ratio est
 voluntas, ac dispositio Dei, qui posuit Chri-
 stum tanquam fundamentum nostræ salutis,
 cum per ipsum saluati, & liberati sumus. Si
 enim explicita fides horum mysteriorum non
 esset adultis necessaria ad salutem medium,
 sequeretur posse nunc aliquem in lege Moisaica
 saluari, vt si Iudæus incircumcibiliter ignoret
 fidem Euangelicam, seruet legem Moisaicam
 quæ implicite fidem Christi continet. D. Th.
Ejeb. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

2. 1. q. 2. a. 5. 7. & 8. D. Bonavent. in 3. dist. 2. 5. a.
1. q. 2. Sylui. 2. 1. q. 2. a. 7. concl. 6. Malder. 2. 2. qu.
2. a. 5. 7. 8. Lorca ibi. q. 2. a. 8. d. 2. 2. memb. 2. n.
4. Becan. 2. 2. c. 12. q. 3. nu. 2. Filliuc. tr. 2. 2. nu. 23.
Reginal. l. 17. n. 18.

Fides actualis non solum necessaria est necessitate quilibet, verum etiam necessitate præcepti. Quia quilibet tenetur medium sibi ad salutem necessarium assumere. Vnde Mar. ult. *Qui crediderit, & baptiz. n. fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.* Porro fidei præcepta in vniuersum ad quinque reducuntur. Primum, est affirmatiuum sciendi fidei. Secundum, credendi certos quosdam fidei articulos. Tertium est negatiuum, quo præcipitur, vt à rebus fidei non dissentiamus. Quartum pertinet ad actum externum est affirmatiuum quo imperamur, in aliquo casu rebus fidei confiteri. Quintum negatiuum, quo prohibemur nūquam fidem denegare. Bonac. 10. 2. d. 3. q. 2. pun. 2. num. 7. Filliuc. 17. 2. 2. n. 3. 1. & omnes.

Ex præcepto Ecclesiastico omnes fideles tenentur scire, ac credere mysteria in Apostolorum Symbolo contenta. Quia omnes hi prima fidei rudimenta dicuntur, quæ publicè circumferuntur in Ecclesia, & credenda omnibus proponuntur quasi explicite scienda. Verum fidei articuli possunt sciri tripliciter. Primo secundum substantiam, idest, secundum generalem significationem vocum, quæ in eo articulo continentur, vt substantia articuli Trinitatis est Deum esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & hos non esse tres Deos, sed vnum. Secundo, possunt sciri secundum eam declarationem, quæ communiter habetur in Catechismis, præsertim Romano. Tertio, possunt sciri secundum difficultates, quæ communiter circumferri assolent circa illos, vt possit sufficiens ratio reddi eorum, quæ creduntur, præsertim contra hæreticos. Omnes fideles tenentur contenta in Symbolo scire secundum substantiam. Pastores vero, Confessarii, & concionatores, secundo modo scire obligantur: Episcopi vero & Prælati tenentur, etiam tertio modo scire. Quia debent esse parati ad reddendam rationem eius fidei, quæ in omnibus residet. D. Thom. 2. 2. *quest. 2. artic. 5. Filiar. tr. 17. 2. nu. 14. Reginal. lib. 17. num. 18. & 19. Claus Regia lib. 2. capit. 9. numer. 15. Nauar. summ. capit. 11. numer. 2. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 6. quest. 2. & alij*

Tententur si deales necessitate præcepti. postquã
ad rationis vsum peruenierint, scite substantiam
Sacramentorum, quæ recipere obligantur,
nempe Baptismi, Penitentię, & Eucharistię.
Matrimonium vero inire volens, vel ad Or-
dines ascendere, tenentur nosse Sacramen-
torum, quod curat recipere. Idemque mul-
ti de Confirmatione ac Extrema Vnctio-
ne affirmant. Præterea tenentur præcepta
Decalogi, & Ecclesię scire, Quia tenentur illa
observare. Tenentur etiam scire Orationem
Dominicam. Quia vniuersa à Deo
postulanda in ea continentur. Attamen non
tenentur ex aliquo speciali præcepto memo-
riter scire præfatos articulos, vel præcepta
ex ordine, vel eisdem verbis, quibus pro-

4 Theologiæ Moralis. Lib. XLVII.

ponuntur. Sed sufficit illa quoad substantiam callere, ita tamen, ut si de illi interrogentur, recte respondeant, illaque de bno tempore feruent. Eset autem veniale graue, non mandare memoria Symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam. Ideoque addiscendum est Symbolum, & Oratione Dominica in ea lingua, quam quisque intelligit, nam scire ea memoriter, & non intelligere, nescire est. Azor. 10. l. 1. c. 6. q. 3. Sanch. l. 1. Decal. c. 2. nu. 16. Manu. 10. l. 1. sum. c. 8. n. 1. Filiuc. 17. 21. n. 37. & alij.

16
Quos articulos scire debeant rudis secundum substantiam.

Rudes debet necessario aliquos articulos explicitè dignoscere saltem secundum substantiam, ut Deum esse remuneratorem supernaturaliter, Dei Filium esse incarnatum, & mortuum, Deum esse trinum eo modo quo in signo Crucis exprimitur. Quia eorum fides necessaria est necessitate mediij. Si quis vero sit tam hebes, ac obtusus ingenio, ut nequeat articulos omnes capere secundum substantiam, ratione impotentia excusabitur, si tantum implicitè credat. Unde sufficit ut hi semel assensum explicitè exhibuerint articulis ad salutem necessariis, dum sibi proponebantur à Confessario, vel ab alio. Quia dicuntur fidei articulos noscere, quantum ipsorum, fert capacitas. Aliud enim est explicitè credere, & aliud explicitè scire: ita ut interrogatus quis sciat rationem reddere: primum enim est necessarium sola præcepti necessitate, Regim. lib. 17. numer. 18. Azor. tom. 1. lib. 8. c. 6. q. vltim. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 2. num. 17. & 18. Valent. 2. 2. d. 1. q. 2. pun. 4. Malder. 2. 2. question. 2. artic. 7. Becan. 2. 2. capit. 12. numer. 14. Medina Instru. lib. 1. capit. 14. Paragraph. 2. Diana part. 3. tract. 5. resol. 46.

17
Præceptum credendi res fidei partim est naturale, partim est diuinum, partim est artificiale, &c.

Porro præceptum credendi res fidei partim est naturale, quatenus ad ea obiecta refertur, quorum fides est necessaria mediij necessitate. Partim est diuinum positum respectu obiectorum, quorum fides tantum necessaria est ex præcepto, quia habet vim obligandi ex præcepto Dei, & mera ipsius voluntate. Partim etiam est Ecclesiasticum respectu obligationis, quia fideles tenentur memoriter addiscere Symbolum, & præcepta Ecclesiae. Sanch lib. 2. Decal. cap. 2. num. 13. Filiuc. tract. 22. num. 18. 49. Azor. 10. l. 1. c. 7. quest. 1. Banes 2. 2. q. 2. a. 8. dub. 2.

18
Obligatio hæc est sub culpa leui.

Deducitur obligationem hanc esse sub culpa lethali. Quia est in re grauissima, ac valde ad salutem necessaria. Unde præfata ignorans est in peccato mortali, nisi ignorantia vel impotentia excusetur. Tolet. lib. 4. capit. 2. numer. 10. Nauar. c. 11. n. 22. Angel. verb. Scientia, num. 1.

19
Inter fideles non datur inuincibilis ignorantia eorum, quæ explicitè credere tenentur.

Inter fideles non datur inuincibilis ignorantia à peccato excusans fidei mysteriorum, quæ explicitè credere tenentur. Quia passim in Ecclesia mysteriorum horum tractatio circumfertur, ac solemnè ritu ea celebrantur. D. Tho. 1. ad Tim. 11. lect. 4. D. Bonau. in 3. dist. 25. a. 1. q. 3. Non tamen repugnat posse dari apud aliquem rusticum in particulari. Quia contingere potest, nihil eos de huius præcepti vi, & auctoritate audiisse: vel si audierint, nil instar brutorum, percepisse: aut si ceperint, alijs negotiis distentos esse potius huius obliga-

tionis oblitos vel tempore, quo addiscere potuerunt, caruisse Doctore, à quo instructerentur. Azor. 10. l. 1. c. 7. q. 2. Sanch. in select. dub. 19. n. 4. & 5. Clauis Regia l. 2. c. 9. n. 15. Filiuc. 17. 22. num. 46.

Quinque tempora annuero, in quibus tenetur homo ex præcepto fidei actus elicere. ¹⁰ *Quinque tempora, in quibus tenetur homo ex præcepto fidei actus elicere.* Primum est, quando fides alicui primum sufficiens proponitur, v. gr. infideli tunc præce. quibus ex pium hoc ad eliciendum credendi actum præcepto obligat. Infantes vero baptizati, ac inter fide. nemur fidei les nutriti, cum perueniunt ad rationis usum, actus elice ac fidei mysteria audiunt necessitatem fidei re. agnoscunt, tenentur ex vi præcepti directe ad actus fidei eliciendos: & si eos non eliciant, tempus. grauius peccant nisi per inaduertentiam, vel inuincibilem ignorantiam excusentur. Quia quilibet tenetur assumere medium ad salutem necessarium. Sufficiens autem dicitur fides infideli proposita, ut peccato infidelitatis obnoxius sit, non credendo, quando rationibus, aut miraculis, aut signis vel coniecturis ita proponuntur fidei articuli, ut ratio dicat, fidem nostram esse veram, & ipsius sectam falsitate niti. Valent. 2. 2. d. 1. q. 2. pun. 5. Valq. 1. 2. q. 76. a. 2. d. 1. 5. cap. 5. Tolet. l. 4. c. 2. n. 2. Sanch. lib. 2. Decal. c. 1. n. 3. Malder. 2. 2. q. 2. a. 7. Azor. 10. l. 1. c. 7. q. 6. Laym. l. 2. 10. c. 10. n. 2.

Tempus secundum est, quando homo tenetur, se ad Deum convertere, & gratiam ante amissam recuperare. At præceptum fidei in hoc casu non obligat per se, ac directe, sed per accidens: quatenus scilicet homo tenetur se ad Deum convertere, quod sine spe, & fide agere non potest. Porro qui hoc in casu actum fidei prætermittit, satisfacit dicendo in confessione, se non fuisse ad Deum conuersum, dum conuerti tenebatur. Azor. 10. l. 1. c. 7. q. 6. Sanch. l. 2. Decal. c. 1. n. 3.

Tertium tempus est, quando adest periculum incidendi in aliquod peccatum, nisi actus fidei eliciatur. Quia quilibet tenetur medium assumere ad peccata vitanda necessarium. Valent. 2. 2. d. 1. q. 2. pun. 5. Bonac. tom. 2. d. 3. q. 2. pun. 2. n. 1.

Quartum tempus est, quando homo tenetur, fidem exterius confiteri, quod quidem nequit agere absque fidei actu interno. tunc, inquam, ad actum fidei eliciendum obligatur. Quia qui tenetur ad finem, ad media tenetur sine quibus finis subsistere non potest. Quintum denique est in mortis articulo, quatenus tenemur, nos tunc ad Deum convertere per contritionis actum, qui quidem adiunctus fidei, & spei implicitum actum habet. Malder. 2. 2. q. 2. a. 7. Valent. 2. 2. d. 1. q. 2. pun. 5. Sanch. l. 2. Decal. c. 1. n. 3. Diana p. 5. rr. 13. resol. 19.

Ea, quæ confessarius rusticos semel & iterum edocere debet interrogando sunt, in Trinitate esse Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, nec esse tres Deos, sed vnum Deum, adhibito signi Crucis exemplo, vel alio Iesum Christum Dominum nostrum esse vere Dei Filium, verum Deum & hominem, eum quidem, qui passus est propter hominum salutem, in sanctissimoque Eucharistiae Sacramento esse. Cetera vero, ut Deum peccata remittere, dare gloriam, omnia creare, Christum ad inferos descendisse, & ascendisse ad superos, Indicium

24
Quos articulos debet Confessarius rusticos edocere.

Secl. I. De Fide, Receptiores Sententia. 5

dicium futurum, &c. facilius scire solent, & intelligunt, etiam modo. In articulo autem mortis sufficit rustico proponere tantum credenda necessitate medijs, vt Trinitatis, & Incarnationis mysteria, Deum esse remuneratorem supernaturalem, vt vel sic actum illa explicite credendi eliciat. Quia eo in statu non est ferè capax commodè aliorum, potius enim paruo cuius finitū defatigatur. Graf. p. 1. l. 2. c. 8. Reginal. l. 2. m. 15. Sanch. l. 2. Decal. c. 3. nu. 22. & 23. Filliuc. tr. 2. m. 57. & 58.



CAPVT IV.

De externa, ex præcepto affirmatio, Fidei professione.

²⁵ *Præceptum affirmati- uum duplici casu obligat.*
E fide est, externam fidei confessionem pro aliquo tempore esse in præcepto. Mat. 10. *Qui me confessus fuerit &c.* contra quosdam Hæreticos dicentes, satis esse fidem animo retinere. Perfecto præceptum affirmatiuum hoc in duplici casu obligat. Primo, quando magnus honor Deo debitus subtraheretur, non confitendo exterius fidem: aut Deus magna afficeretur iniuria. Quia iure naturæ dictante, non est Deo subtrahendus honor, nec ei irroganda iniuria. Secundo, quando aliquo in magna proximi villitas impediretur, aut illi circa fidem graue præberetur scandalum. Quia cuiuslibet virtutis actus censetur esse in præcepto, quando necessarius est ad finem charitatis erga Deum, vel proximum: in duplici vero casu præfatio confessio fidei externa necessaria est: Ergo tunc obligabit. D. Tho. 2. 2. q. 3. a. 2. Reginal. l. 17. m. 20. Tolet. l. 4. c. 2. m. 4. S. v. Fides, n. 4. Filliuc. tr. 2. m. 62. Sanch. l. 2. Decal. c. 4. m. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 7. q. 7. Valent. 2. 2. d. 1. q. 3. p. m. 2.

²⁶ *Interrogati- uum de sua fide ab eo, qui publica auctoritate fungitur, non refutatur. Rogatus vero de fide à priuata persona, non agere contra præceptum hoc, si taceat vel interrogantem ratione aliqua eludat.*
Hinc colligo, interrogatum de sua fide ab eo, qui publica auctoritate fungitur, teneri ex præcepto affirmatiuum fidem confiteri, etiam si ex confessione huiusmodi mors imminet. Quia tunc ingens honor ex fidei confessione refutatur. Rogatus vero de fide à priuata persona, non agere contra præceptum hoc, si taceat vel interrogantem ratione aliqua eludat. Quia nec Deo honor subtrahitur, nec proximi impeditur villitas, nec graue scandalum excitatur: cum inique, vel sine causa à priuato interrogetur. Non licet tamen siue rogato, siue non rogato, negare se esse Christianum. Quia id esset contra præceptum negatiuum; nisi fortè interrogaretur apud eas nationes, vbi nomen Christiani significat potius nationem aliquam quam Religionem. Tunc enim negans se Christianum non peccat mortaliter contra fidei confessionem, sed erit veniale mendacium. Azor. to. 1. l. 8. c. 27. q. 1. Bonac. to. 2. d. 3. q. 2. p. m. 3. m. 4. & 7. Valent. 2. 2. d. 1. q. 3. p. m. 3. Diana p. 3. tr. 5. resol. 49. Tolet. l. 4. c. 1. nu. 4. Filliuc. tr. 2. m. 65. Bañes 2. 2. q. 3. a. 2. d. n. 1. concl. 3. & 4. Manu. to. 1. sum. c. 119. m. 1.

²⁷ *Interrogatus de sua fide ab eo, qui publica auctoritate fungitur, non refutatur.*
Contra confessionem fidei non agit negas se Clericum, Sacerdotem vel Religiosum: & Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

per loca hæreticorum transiens licite potest vestes Clericales, vel Religiosas deponere, vt incolomis euadat. Quia ad summum illud negare est statum Clericalem, vel Regularem, non autem Religionem aut fidem. Rogatus autem ab hæreticis, an Missam audierit, aut celebrauerit, in rigore non peccat contra fidei confessionem, si neget. Quia illa abnegare est tantum negare opus Catholici. Imo & Iudici hæretico ea interroganti sub iuramento, respondere licebit negatiue, modo debitam in mente restrictionem addat, ita, vt teneatur illi aperire. Filliuc. tr. 2. m. 68. & 69. Sanch. l. 2. Decal. c. 4. m. 10. & 11. Azor. to. 1. l. 8. c. 27. q. 2.


Teneatur vero Catholicus ad fidei confessionem, si aspiciat conculcati imagines vel Christum Dominum, aut fidem contemnitiuum modo credat, per huiusmodi confessionem, hæc crimina esse impedienda. Præterea teneatur fidem profiteri, quoties infidelis ob nostram confessionem ad fidem inducitur, nec extat aliud medium, quoad eam inducatur. Idem dixerim, quando proximus adest in negandæ fidei periculo, & huic periculo possit per confessionem fidei prospici. Valent. 2. 2. d. 1. q. 3. p. m. 1. dub. 1. Sanch. l. 2. Decal. c. 4. nu. 4. & 5. Filliuc. tr. 2. m. 67. & 71.

²⁸ *Quando & quoniam ad professionem fidei ex Tridentini decreto teneantur.*
Ad professionem fidei teneatur ex decreto Tridentini sess. 22. c. 12. & sess. 25. c. 2. in primis Episcopi, Archiepiscopi, Primates & Patriarchæ in prima Synodo Provinciali. Secundo prouisi de Beneficijs habentibus animarum curam, intra bimestre ab adeptæ possessionis die. Tertio, prouisi de Canonicatu, vel dignitate in Cathedrali Ecclesia, teneatur fidei professionem non solum coram Episcopo, vel eius Vicario, sed etiam coram Capitulo gerere. Porro hæc professionem fidei gerendi obligatio à Pio IV. extensa est ad Prælatos omnium Religionum etiam Militarum intra bimestre à die possessionis suæ præfecturæ. Eandem obligationem ad Pastores, Magistros, Regentes Pius V. extendit, & ad alios cuiusvis artis, & facultatis professores siue Clericos, siue laicos, siue Regulares: etiam si priuati in domibus doceant seu extraordinariam Cathedram fuerint affecturi: & hoc præceptum obligat sub mortali, nisi aliter ex consuetudine sit receptum. Verum hæc fidei professio iuxta receptionem sententiam debet fieri personaliter, siue per se ipsum, tactis scripturis. Probabile tamen est posse fieri per procuratorem, cum nullum verbum sit in Tridentini decreto significans, per propriam personam hanc fidei professionem necessitatis faciendam. Forma professionis fidei habetur in Bulla Pij IV. quæ incipit, *Iniunctum nobis* iuncta Concilio Tridentino, ac compendio privilegiorum Ordinum Mendicantium. Filliuc. tr. 2. m. 96. Sanchez lib. 2. Decal. capit. 5. numer. 7. Diana part. 5. tract. 4. resolut. 23.

contra fidei confessionem abnegare, se esse Clericum &c.

Teneatur confiteri fidem, si videamus eam aliquo modo contineri.

Quando & quoniam ad professionem fidei ex Tridentini decreto teneantur.



CAPVT V.

De externa ex præcepto negatiuo
professione Fidei.

30 **EX** præcepto negatiuo nunquam fidem ab-
Tenemur *abstinere à* *factis, qui-*
bus fides *negatur.* *negatur.* *negatur.*
negandi, tenemur abstinere à dictis, vel
factis, quibus fides negatur. Vnde contra præ-
ceptum negatiuum fidei delinquit, qui se dicit
Turcam, vel hæreticum esse. Qui vitur signis,
vel factis ex sua natura falsæ protestationis se-
ctæ, seu Religionis, etiam si id non faciat ani-
mo fidei abnegandæ, aut falsam protestandi
sectam, sed animo propriam celandi. Quia hoc
est intrinsecè reatum. Et qui sacrificat idolis,
aut imagines falsorum deorum ad collum ap-
pendas gestat, aut alias actiones religiosas facit
falsæ Religionis ex sua causa protestariuas. Re-
ginald. 1. 17. m. 2. 1. Malder. 2. 2. q. 3. a. 2. memb. 2.
Valent. 2. 2. d. 1. q. 3. p. 2. dub. 4. Sylui. 2. 2. q. 3.
a. 2. con. l. 5.

31 **Si** quis dicendum, quando actiones, & signa
Nō est mor- sunt ex sua natura indifferentia: tunc enim
tale, ut si- mortale non esset contra fidei præceptum illis
gnis, aut a- vi contra scandalum, & contra animum signifi-
ctionibus ex- candæ ac protestandæ falsæ Religionis. Vnde
sua natura- qui iusta de causa, ut metu mortis galeum ge-
indij, eren- stat, vel aliud genus vestium, quo Hebræi ab-
tibus. que peccato vtuntur, non delinquit lethaliter.
Sanch. l. 1. Decal. c. 4. m. 18. 19. & 20. Azor. 10. 1.
l. 8. c. 27. q. 4. & 6. Bonac. 10. 2. d. 1. q. 2. p. 3. m.
20. Diana p. 3. r. 5. resol. 49. Tanner. 2. 2. d. 1. q. 7.
dub. 5. nu. 110. Suar. de fide, d. 1. 4. sect. 5. num. 7.
Laym. l. 1. r. 1. c. 11. n. 4.

32 **Non** licet vi vestibus, que etiam extra exer-
citium actuale falsæ Religionis adhiberi sol-
lent, sunt tamen instituta ad illam profitemen-
dam: vt sunt illæ, quas Princeps tali sectæ
ad falsam præstaret. Quia talium vestium vsus est
Religionē proficiendā. quidā cultus & honoratio falsæ sectæ, cui au-
thoritas maior accrescit, quo plures iis vtuntur.
Suar. de fide, d. 1. 4. sect. 5. n. 7. Palao, & Becan.
apud Bassæum v. Fides 1. n. 6.

33 **Licet** in- **teresse** hæ- **reticorum** **con-** **cionibus,** **animo** **con-** **futandi** **er-** **rores.**
Non agit contra præceptum fidei negatiuum,
qui concionibus, vel ceremoniis hæreticorum
interest animo confutandi, aut notandi illas.
Licet fieri possit, vt aliunde delinquat, nempe
ratione periculi spiritualis, ruinæ propriæ vel
aliorum, aut ratione alterius Ecclesiasticæ
prohibitionis. Quando autem Princeps hoc
præcipit sub pœna mortis, aut bonorum pro-
scriptione, in fidei contemptum, aut vt hære-
ticorum sectam quis profiteatur: non licet eo-
rum Tempia ingredi, aut audire conciones,
etiam si ingrediens protestetur, se illa gerere
animo non proficendi falsam sectam, sed in-
tentione vitandi proprium damnum. Quia
tunc notabilis honor Deo debitus subtrahi-
tur, vt proprio motu definit Pælus V. occa-
sione cuiusdam edicti à Rege Angliæ editum,
quo præcipiebat aditum Templorum in Reli-
gionis Symbolum & ad dignoscendos Catho-
licos. Quia propter virtualiter censentur à
Iudice interrogari tunc de fide, & tanquam
signum abnegationis fidei erat, Tempia An-

glicana, hæreticorumque congregationes
adire: eratque Catholicorum graue scandalum
cuiusvis Catholici ingressus. Azor. tom. 1. lib.
8. cap. 17. quæstion. 4. & 5. Sanchez lib. 2. Decal.
cap. 4. numer. 26. & 27. Filliuc. tr. 2. 2. num. 85.
& 86. Bonac. tom. 2. d. 3. quæst. 1. punct. 3. num. 21.
& 22.

Non agit contra præceptum hoc, qui se ab-
negat esse Sacerdotem, vel Clericum, cum
etiam laici fideles esse possint. Secus dixerim,
si negat se esse Papistam. Quia Papistæ nomē
pro Christiana Catholica Religione accipitur.
Becan. de fide, cap. 9. quæstion. 3. numer. 4.
& alij.

Nec qui in Comædijs, aliisque similibus
actionibus non serio fingit se infidelem. Quia
fidem non negat, qui id serio non agit, nec
possit ex huiusmodi representatione scanda-
lum excitari. Reginald. l. 17. m. 2. 3. Sanch. l. 1.
Decal. c. 4. n. 15.

Nec qui metu mortis vel amissionis bono-
rum vel carceris, inter hæreticos die Veneris,
vel Sabbato carnibus vescitur. Quia comestio
carnium non est signum sua ex natura hære-
ticos protestantium, vel falsæ sectæ: alio-
quin Catholici nunquam possent iusta inter-
ueniente causa, verbi gratia tempore infirmi-
tatis externæ, vel occultæ carnis hile die-
bus vesci. Azor. 10. 1. l. 8. c. 27. q. 3. Sanch. l. 1. De-
cal. c. 4. n. 25. Filliuc. tr. 2. 2. n. 83. Diana p. 5. r. 7.
resol. 35.

Fuga in persecutione aliquando est prohi-
bita. 1. Ioan. 3. 16. Ille animam suam pro nobis
posuit, & nos debemus pro fratribus animas po-
nere: quando nimirum nostra presen-
tia illis est necessaria, siue ex iustitia, siue
ex charitate. Ex iustitia quidem, vt in Epil-
copis, Parochis, &c. iuxta illud 1. Ioan. 10. 11. Bonus
Pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Vnde
etiam cum periculo vitæ tenentur tempore
pestis, hæresis &c. adesse ouibus, nisi per
alios commodè succurrere possent. Ex cha-
ritate vero, vt cum ex officio non obligamur,
attamen proximorum est extrema necessitas,
aut pene extrema, & nos soli possumus illis,
probabiliter succurrere, ne in fide vacillent.
Aliquando est præcepta. Quia fieri potest
presentia mea mihi, vel gregi sit noxia, fu-
ga vero nullum contineat incommodum: vt
cum solus Pastor quæritur, & cunctis propter eius
presentiam patimur, aut ipsemet in tormen-
tis timet inconstantiam. Tunc enim charitas
præcipit, vt omnes malorum occasiones præ-
scindantur, ita Paulus Ad. 9. 25. & Athanasius
aufugerunt. Aliquando consultum illa vii. est
Quia nonnunquam vita quorundam su-
periorum, vel illustrium Ciuium valde vi-
lis est Reipublicæ, & ipsorum absentia ad
tempus non multum adfert detrimentum. Tunc
ergo, quamuis quis posset sine peccato aperte
fidem profiteri, consultius tamen est se
in vilitatem spiritualem mul-
torum seruare. Sic
emmet.

CAPVT VI.

De Disputatione circa Fidei
Mysteria.

CAPVT VII.

De Infidelitate.



DES duo vitia contraria habet, vnum per excessum, quod lenitas credendi vocatur: alterum per excessum, quod generaliter infidelitatem appellamus. Prius vitium est in illis, qui credunt ante euidenciam credibilitatis, ac propterea imprudenter credunt. Alterum inest illis, qui, fide sufficienter proposita, nolunt credere sicut par est, & auctoritatem diuinam diffugiunt, siue foueant contrarium errorem, siue non. Omnes sc.

Triplex est infidelitas, *negatiua, priuatiua, & positiua*. Negatiua est in eo, qui potest habere fidem, & tamen non habet sine culpa sua: vnde de iuri potest nuda fidei carentia, qualis est in eo, cui fides, vel non est annunciata, vel certe priuatiua, non sufficienter, ut fuit in Indis, & Iaponiis, & positiua. priusquam Euangelij predicationem exaudirent. Priuatiua est in eo, qui potest, ac debet habere fidem, eamque culpabiliter non habet, etiam si nullum foueat errorem in intellectu positum, ut quando aliquis non vult fidem audire, vel auditam, ac sufficienter propositam acceptare omittit. Positiua seu contraria est, vel in eo, qui res fidei sufficienter propositas credere recusat: vel in eo, qui contrarium fouet errorem, in quo genere maxima pars infidelium versatur. D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 1. Sylui. ibi. & omnes.

Porro infidelitas negatiua peccatum non est. Quia damnatur a Pio V. & Gregorio XIII. in Bull. Prouisionis nostre. num. 65. hæc propositio: Infidelitas pure negatiua in illis, quibus peccatum Christi non est predicatum, est peccatum. Ratio non est, quia nullum peccatum sine voluntate, hæc autem ignorantia est inuoluntaria, quam depellere non est in hominis potestate. D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 1. & omnes.

Infidelitas priuatiua semper est peccatum. Quia is, cui fidei doctrina est sufficienter proposita, tenetur eam acceptare: ergo si omittit acceptare, peccat. Et quia hæc infidelitas est peccatum, in eo, qui tenetur habere fidem, & eam sua culpa non habet. D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 1. & omnes.

Infidelitas positiua semper lethale crimen est, nisi indeliberatio excuset. Quia est peccatum mortale ex genere, nec admittit materiam paruitatem: nam auctoritatem diuinam contemnere semper lethale est. Non est autem lethale omnium peccatorum grauissimum. Quia Dei odium directissime Deum impugnans grauissimum est omnium. Superat tamen infidelitas omnia peccata, quæ virtutibus moralibus opponuntur, ut sunt homicidium, adulterium, bestialitas, &c. Quia immediate auctoritatem diuinam contemnit. D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 1. & omnes.

Tres Infidelitatis annuero species Hereticismum, Iudaismum, Paganismum. Qui pertinetur nacer.

A 4

DISPUTATIO de fidei rebus quadruplici ex capite reddi potest illicita. Primo ex fine, quando scilicet quis animum habet dissentienti, si contraria rationes vigentiores appareant, eiusque intellectum magis urgeant. Quia in eo, cui iam fides sufficienter proposita est, infidelitatis erit peccatum. Item quando nullus bonus finis ex disputatione speraretur ob hereticorum perfidiam, otiosa esset, & ideo culpabilis. D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 1. Sylui. ibi. Valentia 2. 2. dub. 1. q. 10. punct. 4. quart. conclus. 1.

Secundo, ex parte disputantis, nempe si disputans laicus sit, quamuis doctus. Quia id illi sub excommunicationis poena interdicitur. Nonne autem laici intelligitur ille, qui verè laicus est, id est, non insignitus prima tonsura, nec Religiosus. Non autem habet locum prohibitio hæc in casu magnæ necessitatis, vel utilitatis, si laicus sit doctus: imò in locis, in quibus heretici grassantur, prohibitio hæc laicorum est per consuetudinem abolita: & ubi esset in viridi obseruantia, non quæcumque de fide disceptatio laicis interdicitur, sed sola disceptatio formalis, id est, quæ ad fidei veritatem persuadendam assumitur, secus si materialis tantum sit, verbis gratiæ, vel ingenij acuminis ostendendi, ut fit in scholis. Verum hæc excommunicatio non est lata, sed ferenda. Cap. Quicumque, de heret. in 6. Nauarra summ. cap. 11. numer. 27. Bonacin. tom. 2. dub. 1. q. 1. punct. 4. Sanchez libr. 2. Decalog. cap. 6. Azor. lib. 8. cap. 26. q. 1. Diana part. 5. tr. 13. resoluit. 21.

Tertio, ex parte auditorum, ut si coram simplicibus, etiam exercitij gratia disputetur, ob periculum dubitationis ipsorum. Si tamen Doctor excellens esset, & se simpliciorum captui accommodaret, eisque persuasibiliter argumenta solveret, vel simplices huiusmodi ab heretico sollicitarentur, tunc posset, imo teneretur, si perniciosis periculum instaret. Fillicius tract. 12. num. 105. Becan. de fide, cap. 15. q. 7.

Quarto denique, ex disputandi modo redditur etiam illicita de fide disceptatio, quando scilicet, magis verborum contentione, quam argumentorum vi, ac sententiarum pondere transigitur. D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 1. Valentia 2. 2. dub. 1. q. 10. punct. 4. conclus. 4.

8 Theologiae Moralis. Liber XLVII.

*infidelitatis
species.*

naciter abnegat fidem Catholicam sufficienter propositam, vel profiteretur Christum expresse, vel non, si expresse profiteretur, erit haereticus; si expresse Christum non profiteretur, aut tunc omnino non profiteretur, erit paganus: vel si profiteretur Christum tantum in figura, Iudaeus erit. D. Thom. 2. 2. *question. 10. artic. 5.* Malder. ac Sylui. *ibi.* Becan. 2. 2. *cap. 13. quest. 2.* Bonacin. *tom. 2. dub. 3. question. 2. punct. 7. num. prim.*

48. Infideles baptizati, qui fidem aliquando susceperunt, ut haeretici, & Apostatae possunt ab Ecclesia coepi, ut eam retineant. Quia sunt baptizati ab subditi Ecclesiae: possunt ergo ab Ecclesia coepi, ut ab iniuria Religioni inferenda per haereticos, ut fidei retineant. *question. 10. articulo octavo.* Malder. & Ban- nes *ibi.*

49. Infideles autem, qui nunquam susceperunt fidem, compelli ad eam suscipiendam, minime possunt. Quia ut coactio legitime fiat, debet quousque ad sufficientem compellens iurisdictionem habere in eos, qui deus suscipi coguntur, alioquin erit potestatis usurpatio. Ecclesia vero non habet potestatem in eos, compelli, qui nunquam susceperunt fidem. Non autem sed illi non possunt illi fidei praedicationem impedire, & possunt fidei ut ne impediant, possunt à fidelibus Principi- praedicationibus compelli. Quia cum Ecclesia habeat à Christo Domino ius praedicandi per totum orbem Evangelium. *Mat. 28. 19. Mar. 16. 15.* consequens quod aut bello, aut aliis modis possit eos compescere, qui praedicationem impedi- conantur. D. Thom. 2. 2. *question. 10. artic. 11.* Lorca, & Malder. *ibi.* Fillucius *tractat. 2. 2. capit. quint. question. 10.* Bonacin. *tom. prim. question. 2. punct. 8. numer. 4.* Valent. 2. 2. *dubio 1. question. 10. punct. 7.* Azor. *tom. 1. lib. 8. cap. 23. qu. 18. & 19.*

50. Infidelium, qui baptizati non sunt, ritus tolerari non debent, nisi ob maius malum vitandum, aut ne maius aliquod bonum impediatur, visum sit expedire, quod tolerentur. Prior propositionis pars probatur, quia ritus hi nihil utilitatis adferunt & cum sint contra legem naturae, Principis fidelis est, illos extirpare. Posterioriorem partem sic probamus, quia Iudeorum ritus recte ab Ecclesia tolerantur, etiam si illi in eis exercendis delinquant. Ex hoc enim, quod Iudei alicubi in suis ritibus tolerantur hoc bonum provenit, quod testimonium fidei nostrae ab hostibus habeamus: illi enim ritus mysteriorum, quae nos credimus figuram continent. Minime vero tolerandi sunt, quando in Principum Catholicorum potestate est, eos extirpare, vel impedire absque notabili boni communis iactura, Quia sunt maxime perniciosi, & sermo eorum ut cancer serpit. 2. *Timot. 2. 17.* Attamen si huiusmodi ritus absque gravissimo Ecclesiae detrimento nequeant impediri, licitum erit Iudeis publicum suae Religionis exercitium permittere. Quia permissio quorundam malorum est licita vel propter aliquod bonum, quod ex eis oritur, vel propter aliquod malum, quod vitatur. *leg. Nullus, C. de summ. Trinit. leg. Cuncti, C. de haereticis.* D. Thom. 2. 2. *question. 10. artic. 11.* Sylui. Lorca, Malder. Valent. 2. 2. *d. 1. question. 10. punct. 7.* Azor. *tom. 1. lib. 8. capit. 23. question. 18. & 19.*

Quamvis Religiosissimi quique Principes

haereticum omnem à suis ditionibus extorrem sine dubio vellent, quandoquidem suis edictis illam damnant, & sibi ipsis iniuriam existimant, ideoque quoties poterunt illam à suis Imperiis exterminantur.

Vbi tamen sine gravi boni publici periculo, ipsiusque etiam Religionis Catholicae immensis incommodis, haereticos expellere non licuit libertatem, ut vocant, conscientiae per- mittere, & tolerare inuiti coacti sunt. Neque peccant hac in parte, quia ex duobus malis minus est eligendum, si utrumque evitare non valeamus. Tunc enim illud minus malum non eligatur praecise, ut malum quoddam est; sed ut medium vitale ad maius malum evitandum. D. Thom. 2. 2. *question. 10. artic. 11.* Caietan. *ibi.* Molin. *tractat. secund. de iur. dub. 335.*

Cum infidelibus non baptizatis communi- care licet in rebus politicis, ac civilibus, quales sunt civiles contractus, politicae conversationes, ut emptio, venditio, coniunctio, modo abest infidelibus ne periculum seductionis, vel scandalum eo au- periculum minimè licebit. Quia iure natu- ra quilibet tenetur ab iis abstinere, quae sibi rei ruinam causam afferre possunt. Porro communi- care in iis actionibus, quae directè ad cultum infidelitatis pertinent, nullatenus est licitum. Quia id esset eorum profiteri sectam, & verà fidem abnegare, sante Paulo 2. *Cor. 6. 14.* Nolite iugum ducere cum infidelibus. Licitum tamen est, infideles ad verbi Dei praedicationem ad- mittere, non autem ad totius Missae auditi- nem, sed tantum ad Catechumenorum Mis- sam. *Cap. Episcopus, de consecr. di. 1. D. Thom. 2. 2. question. 10. artic. 9.* Turrian. Sylui. Malder. *ibidem.* Fillucius *tractat. 2. 2. numer. 128.* Bonac. *tomo primo, dubio tertio, questione secunda, pun. 6. num. prim.*

In multis demum casibus communicatio cum Iudeis prohibetur specialiter. Primus est cohabitatio. 2. Ne Christiani comedant azima Iudeorum, seclusa tamen necessitate. 3. Adoca- tio Iudeorum ad medendum, necessitate etiam seclusa. 4. Receptio medicinae à Iudeis parata. 5. Ingressus in idem balneum, ita ut fi- delis cum Iudeo communicet in eadem lotio- ne. 6. Coniunctio cum Iudeis, saltem quando hi cibos discernunt, & aliquos respondent: modo Catholicus non sit ad procurandam eorum conversionem immixtus. 7. Ne Christianae mulieres filios Iudeorum in eorum domibus nutriant. 8. Ne Christiani accedant ad nuptias, vel solemnitates Iudeorum, nec cum ipsis choreas ducant, nec ipsorum Synagogas invitant iis temporibus, quibus ab eis superstitiosa cele- brantur. 9. Ne Iudei admittantur ad publica inter Christianos officia. *Cap. Ad hac, cap. Nullus, Cap. Etsi Iudeos, cap. Omnes 28. question. prim. Sylvester verb. Iudei, num. secund. Caietan. verb. Iudeorum communica- tio.* Bonacin. *tom. prim. dub. tert. question. secund. punct. 6.* Fillucius *tractat. 20. capit. quint. question. prim. Sanchez libr. secund. Decalogi, cap. 21. à nu- mer. 4.*

CAPUT

Secl. I. De Fide, Receptiores Sententia. 9

CAPVT VIII.

De Haresi.

infidelitatis ex praua ad fidem affectione perpetratur. Sancius in select. dub. 20. numer. quint.

Dubitans de fide, non tamen voluntarie, non est haereticus. Quia non est pertinax sua dubitationis defensor, sed paratus, suum iudicium Ecclesiae iudicio subiicere. Sanchez libr. secund. Decalog. capit. septim. num. 13. Layman. lib. secund. tractat. prim. cap. 13. num. 2. Sylui. 2. 2. qu. 11. art. 1.

Haereticus est, qui positum, ac voluntarie dubitat de aliquo fidei articulo, quem scit ab Ecclesia definitum, vel alias sufficienter positum, ita ut prudenter debeat, illum fide diuina tenere. Quia in cap. Dubius, de haeret. dubius infidelis censetur: ergo si nomen Christi profiteatur, haereticus proculdubio erit. Sanchez libr. secund. Decalog. cap. septim. Sexdecim refert Doctores, quos ipse non adheret, de quo section. 2. sermo recurrit. Adhaerent tamen Sylui. 2. 2. question. 11. artic. 1. Coninch de dubiis super nat. dub. 18. num. 102. Azorius tom. 1. libro octauo. capit. nono. question. quin. Valent. 2. 2. d. 1. qu. 11. punct. 1. Layman. libr. 2. tractat. 1. cap. 13. num. 5.

Committit haerem, qui ex ignorantia crassa aliquem profert contra fidem errorem, quem adhuc voluntarie profert, si sciret esse contra fidem, & Ecclesiae definitionem. Quia talis sufficienter pertinax contra Ecclesiam censetur. A fortiori haereticus erit error contra fidem contingens ex ignorantia affectata, ut quando quis eligit res fidei nescire, ut liberius in eis errat. Quia ille error est cum pertinacia voluntarius. At si aliquis affectet, seu eligat nescire res fidei non ut liberius errat in fide, sed ex tadio, ac negligentia addiscendi, vel ob aliam causam, haereticus non erit. Quia non errat cum pertinacia. Aragon. 2. 2. question. 11. artic. secund. Sayrus libr. tert. capit. quart. numer. 15. Azorius tom. prim. libr. octauo. capite nono. quest. 8. Valentia 2. 2. dub. prim. question. 10. punct. 3. Bonacin. de Censur. d. b. 2. question. 5. punct. prim. num. septim.

Alius haereticus est internus, externus alius. Internus, seu pure mentalis est ille, qui licet interne in mente sua errorem pertinaciter foueat, haerem tamen suam nullo exteriori signo manifestat. Externus dicitur ille, qui haerem, quam mente tenet, aliquo verbo, vel signo externo profert, etiam nemine audiente. Porro haereticus mentalis pure, excommunicationem non incurrit, ac proinde potest absolui a quocumque Sacerdote, qui a peccatis mortalibus non reservatis absolueret potest: imò iuxta receptiorem sententiam, non potest per Ecclesiam contra talem excommunicationis sententia ferri. Quia Ecclesia non iudicat de actibus pure internis, sed illos iudicio Dei relinquit. Ipsa vero exterior haerem in manifestam, & occultam diuiditur. Manifesta dicitur, quae ita foris per signa, & actus manifestata est, ut iam vel publicata, vel publicanda censetur ex circumstantiis. Occulta dicitur, quae etsi signis, & actibus exterioribus fuerit declarata, illa tamen signa in secreto, aut coram paucissimis ostensa sunt, ita ut non censeantur forum publicum, vel publicam notam sortiri. Toletus libr. quart. capit. quart. Nauarr. sum. capit. 27. num. 56. Malder. 2. 2. question. 11. art. 1. memb. 2.

59
Involuntarie dubitans de fide non est haereticus.

60
Secus quis dubitat voluntarie.

61
Haereticus est, qui ex ignorantia crassa, vel affectata aliquem contra fidem profert errorem.

62
Alius haereticus internus, externus alius. Externus autem haereticus alia manifesta.

55
Haresis definitio.



Haresis est error intellectus voluntarius, cum pertinacia contra aliquam fidei veritatem. Dicitur error, hoc est assensus falsus. Intellectus, quia sicut actus fidei intellectu perficitur, sic etiam error fidei contrarius intellectu completur. Voluntarius, nam si quis circa res fidei inuoluntarie aberrat, peccatum haresis non admittit. Cum pertinacia, quae nascitur & pendet ex electione voluntatis cum certa scientia, quae in eo consistit, ut is, qui errat, sciat Ecclesiam contrarium sentire. Porro pertinacia non significat certam aliquam temporis durationem, nam vno temporis momento potest quis esse haereticus: sed significat voluntatis electionem, cum certa notitia eius, quod credit Ecclesia. Contra aliquam fidei veritatem, qui error in aliis rebus non est haresis: unde in multis potest quis errare, qui tamen haereticus non erit. Sanchez libr. secund. Decalog. capit. septim. numer. prim. Syluius 2. 2. question. 11. artic. prim. Azorius tom. prim. libro octauo. capite nono. question. prima. Fillucius tractat. 22. numer. 152. Layman. libr. secund. tractat. prim. cap. 13. num. prim. Valquez 1. 2. d. 126. caput. tert. Bonacin. de Censur. d. 2. qu. 5. punct. 1. num. prim.

56
Tria sunt necessaria, ut quis haereticus dicatur.

Tria sunt necessaria, ut quis haereticus dicatur. Primum, ut subiectum sit criminis huius capax. Unde infidelis Cathecumenus, fidei, vel alias inualide baptizatus pertinaciter errantes, non dicuntur haeretici. Quia nondum potestari Ecclesiae per Baptismum verum subiiciuntur. Secundum, ut errorem habeat in intellectu circa fidei: & ex huius defectu qui consentit in aliquod opus infidelitatis externum sine ullo intellectu errore, haereticus non est. Tertium, ut sit suo in errore pertinax: unde qui errat circa fidem ex ignorantia licet crassa, si tamen verè sit paratus, se corrigere, ac fidei assentiri per Ecclesiam praedicatam, non est proprie haereticus. D. Thom. 2. 2. question. 10. & 11. Sayr. de Censur. libr. tert. capit. quart. num. 10. Nauarra summ. cap. 11. num. 27. Valentia 2. 2. quest. 11. d. 1. punct. 1. Diana part. 1. tractat. 5. resolut. 1.

57
Hinc parua haereticorum, qui ab initio falsa fide à parentibus instructi fuerunt, videntes eam suam in Ecclesia publicari, & à maiori parte vicinorum recipi, à crimine haresis excusantur.

Hinc parua haereticorum, qui ab initio falsa fide à parentibus instructi fuerunt, videntes eam suam in Ecclesia publicari, & à maiori parte vicinorum recipi, à crimine haresis excusantur. Quia donec illis sufficienter sit fides vera propolita, eam recipere non tenentur: illa enim ignorantia inuincibilis iudicatur. Sanchez libr. secund. Decalog. cap. prim. num. octauo. Aragon. 2. 2. quest. 11. art. 2. dub. 2. im. Sancius in select. d. 19. num. quart.

58
Nec est haereticus, qui in ebrietate haereses profert.

Nec est haereticus, qui in ebrietate haereses profert. Quia sine rationis usu pronunciantur. Imò se inebrians intentione haereses tempore ebrietatis proferendi, proprie peccatum haresis non committit, sed aliud peccatum


COBAR
Mor.
VII. VII.
IV
G

membr. 1. 3. & 4. Vinald. part. 1. de absol. mm. 10. Diana part. quart. tractat. quart. resol. 240. Sayr. de Censur. libro tertio, capite quarto, numero 10. & 21. Valentia 2.2. dub. 1. quæst. 11. puncto tertio.

63 *Quando hereticus Bulla Cœne.* Hereticus, qui aliquo actu externo erroris manifestatio, etiam occultissimo, hæresim suam manifestavit, excommunicationem Bullæ Cœnæ contra hæreticos latam incurrit. Unde non incurritur ab eo, qui mente reuolvens suam hæresim caput suum digitorum imaginibus non aperit. Nec qui profert verba imperfecta, aut indifferentia signa, nullam hæreseos suspicionem indicantia. Sanchez libro secundo, Decalogi capite octavo. Azorius tomo primo, libro octavo, capite 9. & 10. Bann. s. 2.2. quæstione prima, articulo quarto, Filliucius tractat. 12. num. 186. Layman. libr. ... tractat. prim. capite 14. numero quarto, Diana part. tert. tractat. quart. resol. 143. Toletus libro primo capite. 19. numer. 5.

64 *Quando ab excommunicatione excusetur.* Hæresis exterius manifestata in aliquibus casibus excommunicationem non inducit. Primum, si hereticus purè mentalis solum in Confessione Sacramentali hæresim solum Confessio manifestat. Secundò, si hereticus suam hæresim recognoscens illam coram Inquisitoribus confiteatur, vel alicui fido, & pio animo reuelet, ut ab eo consilium, vel auxilium pro relinquenda hæresi quaerat. Tercio, si quis hæresim suam bonorum operum exercitio, vel abstinentia ab operibus malis exprimat. Quartò quando per iocum narrat, se hereticum esse, vel fuisse. Quia talis manifestatio peccatum hæresis non est. Bonacin. de Censur. dub. secund. quæstion. quint. punct. secund. numer. septim. Azorius tom. prim. libr. octau. capit. 10. quæstion. 5. & 6 Layman. libr. secund. tractat. prim. capit. 14. num. 1. & 2.

65 *Quam sit dicendi credentes.* Excommunicatio in Bulla Cœnæ lata contra hæreticos, extenditur ad eorum receptatores, fautores, defensores, effectu sequuto, & ad eorum credentes. Porro nomine credentium intelliguntur, qui hæreticorum erroribus fidem præstant, modo illam verbis, aut signis exterius exprimant: & qui licet distinctè erroribus his assensum non exhibeant, consule tamen putant eorum doctrinam esse veram. At receptatorum, fautorum, ac defensorum nomine intelliguntur, qui recipiunt, fauent, vel defendunt hæreticos formaliter, siue quatenus hæretici sunt, vel ex motu hæresis, vel fauendi hæresi intentione. Vnde qui beneficium in hereticum confert ratione amicitiae, vel consanguinitatis, vel metus, non dicitur heretico fauere, ut hereticus est. Demum dixi, *Sequuto effectu.* Nam si quis intentionem habuit, fauendi hæresi, sed fauor non est sequutus, excommunicatione non percutitur. Nauar. summ. cap. 27. num. 55. Syluest. verb. *Hæresis*, 1. num. 10. Toletus *Lin explic. Bull. Cœnæ*, § 1. Sayrus libr. 3. cap. 5. numer. 1. Graff. part. 1. libr. 4. capit. 18. Suar. de Censur. dub. 21. section. 2. num. 8. Filliuc. tr. 16. num. 30.



CAPVT IX.

De Hæreticorum libris.



66 *Legens, re. Legens, re. Legens, re.* Vi scienter absque Pontificis licentia publicè, vel occultè legit, aut retinet, aut imprimit, aut alio quouis modo defendit hereticorum libros continentes hæresim, aut de Religione tractatum, excommunicationem Papæ reseruatam incurrit, quantumvis legat, retineat, vel imprimat curiositatis gratia, & prauum animum non foveat. Tria inquam, sunt necessaria ad hanc excommunicationem incurrendam. Primum est, ut libri sint hominum hereticorum. Secundum ut contineant hæresim, vel de Religione tractationem. Tercium, ut scienter legantur. Vnde qui ex ignorantia crassa, vel etiam affectata legit, vel retinet tales libros, non incurrit Bullæ excommunicationem: modo ignorantia illa affectata coniuncta cum ingenti temeritate non sit, tunc enim scientia censureretur adesse. Ingentem autem temeritatem dixerim, quando magna solpicio prauitatis libri habetur. Sayr. lib. 4. cap. 18. numer. 40. Sanchez libr. secund. Decalog. cap. 20. numer. 18.

67 *Pacti legi. Pacti legi. Pacti legi.* Liber continens hæresim potest sine excommunicationis incursione legi, si hæresis in libro deleatur publica auctoritate, quæ relinquatur totum reliquum librum liberum ad legendum, retinendum, vel eudendum. Diana part. 6. tractat. 6. resol. 55. citans Fagundez.

68 *Excom. Excom. Excom.* Porro ut hæc Bullæ excommunicatio incuratur, requiritur, ut per te legas, vnde si à famulo, vel ab aliquo legi audias, quantumvis causa sis, ut famulus, vel alius, te audiente, legat: censuram non incurris; modo per huiusmodi audientiam fauorem hæresi non exhibeas; famulus autem incurrit, nisi metu graui ad id compelleretur. Excusatur etiam ab excommunicatione, qui librum hereticum legit, illum autem non intelligit. Quia cum finis prohibitionis sit, ne leges, heresim imbibat, qui hoc in oculo locum habere nequit, hæc prohibitio à sui principio casum hunc minime comprehendit. Filliucius tractat. 16. numero 45. Sanchez libr. secund. Decalog. cap. 10. num. 48. & 51.

69 *Quidam. Quidam. Quidam.* Libros hereticos retinere dicitur, qui illos retinet siue curiositatis gratia, siue ad eos consuetandos, siue eos propria in domo, siue in aliena retineat, siue proprio, siue alterius nomine. Potest tamen ab excommunicatione excusari, qui eos libros ad breue tempus detinet, ut ad vnam, vel duas horas, vel etiam ad vnum, vel duos dies, quantumvis addit, eos Superiori consignandi opportunitas. Quia hæc retentio in hac materia modica censetur. Qui verò retineret vnum libri folium, (mei Sacerdotij venia) ab excommunicatione non excusaretur. Quia sicut legens vnum folium, in censurâ incidit, ita & retinens incurrit. Porro licet quis longiori tempore

Secl. I. De Fide, Receptiores Sententia. II

pore apud se volumen retineat, donec oportum tempus tradendi offeratur, excommunicationem non incurrit, neque delinquit, si ab his scandalum. Sayrus *libr. tert. capit. quint. numer. 16*. Diana *part. quint. tractat. quint. resolut. 43*. Grassi *libr. quart. capit. 18. numer. 48*. Layman *libr. secund. tractat. prim. capit. 15. numer. septim.* Reginaldus *libro nono, numero 256*. Bonacin. *de Censur. dub. 2. quæstion. 5. punct. 4. numer. 15.*

⁷⁰ Censentur libros hæreticorum imprimere, quicumque ad eorum impressionem propinque cooperantur, ut sunt dominus officina, cuius voluntate, seu autoritate cudentur, qui impensas pro editione facit, qui typos ordinant, qui torculari premovent, vel madefaciunt amento chartam, qui exemplar impressum corrigunt, &c. Suarius *de Censur. dub. 21. sect. 2. Fillucius tractat. 1. 16. numero 46*. Toletus *lib. 1. cap. 9. num. 20*. Layman *lib. 2. tractat. prim. cap. 15. num. 7.*

⁷¹ Dicuntur verò libros hæreticorum defendere, qui affirmant, illos non esse praeos, non esse comburendos: vel qui impediunt, ne ab Inquisitoribus inveniuntur. Quod quidem etiam extenditur ad eos, qui defendunt hos libros gratia disputationis. Sayrus *de Censur. libr. tert. capit. quint. numer. 18*. Sanchez *libr. secund. Decalog. capit. 10. numer. 55*. Bonacin. *de Censur. dub. secund. quæstion. 5. punct. secund. numer. 17*. Grassi *part. prim. libr. quart. cap. 18. numer. 50*. Layman *libro secundo, tractat. prim. cap. 15. numer. septim.*

⁷² Excommunicationem incurrit, qui libros hæreticorum, vel alterius damnati Auctoris, cui retinet atque prohibiti ob hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem legit, aut retinet. Quæ excommunicationem fertur in regula decima Indicis librorum prohibitorum. Nulli tamen est reservata. Eadem censura afficiuntur legentes libros, & scripta, quæ continent divinationes, sortilegia, ut sunt tractatus Geometriae, Hydromantie, Hydromantie: siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, & incantationes Magicæ artis. Quia volumina eiusmodi prohibita sunt ob hæresim, vel saltem ob falsi dogmatis suspicionem. Azorius *tom. 1. l. 7. c. 16. q. 5.*


⁷³ Profecto libri illi suspicionem hæresim notantur, qui continent propositiones hæresim sapientes, male sonantes, temerarias, vel scandalosas, ex quibus error oriri, aut inferri potest. Propositio verò dicitur hæresim sapere, ex qua, etsi per evidentem consequentiam hæresim nequeat inferri, per consequentiam tamen probabilis, ac moraliter certas potest deduci. Dicitur male sonans, quæ etsi sensum duplicem patiat, tamen hæretico accipi consuevit. Temeraria nuncupatur, quæ in rebus fidei, & morum appetet terminos rationis, & autoritatis legitime excedit. Scandalosa verò dicitur, quæ ex sui ratione alicui offendiculum erroris in rebus fidei, vel morum subministrat. Ad hæreticorum libros reducuntur libri Astrologiæ iudiciariae, Thalmudici, Cabalistici, ac alij nefarii libri, quos similiter legere, aut retinere nemini licet sub lethali piaculo, & aliis pœnis, de quibus Clemens VIII. constit. 20. & Urbanus VIII. Denique peccat etiam lethaliter

legentes, ac retinentes libros in Indice Romano absolute prohibitos, etiam si propter hæresim prohibiti non sint vel eius suspicionem: siue sint Hæresiarcharum libri de materia indifferenti, aut moraliter bona tractantes, qui ob Auctorum abominationem prohibentur: siue sint volumina materias inhonestas, perniciosas, scandalosas, aut male sonantes in re morum, aut virtutis continentia. Id quod de libris, & Auctoribus in S. Inquisitionis Expurgatorio prohibitis dictum existima. Regulas Indicis virtuosque consule.

⁷⁴ Præterea legens scholia, seu additiones hæreticorum, quæ in Catholicorum voluminibus continentur, excommunicationi latæ in Indice subiaccit. Quia legunt scripta damnata ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem. Sanchez *l. 2. c. 10. num. 25.*

Hæresiarcharum libri, tam eorum, qui hæreses inveniunt, vel suscitaverunt, quam qui hæreticorum doctores fuerunt, vel sunt, qui de Religione non tractant, approbati à Doctoribus Catholicis Episcoporum iussu, permittuntur. At ubi Bulla Cœnæ non est usu recepta, ut in Gallia, Anglia, Germania, Catholici legentes libros hæreticorum continentibus hæreses, vel de Religione tractantes, excommunicationem non incurrunt, si legerint studio dignoscendi, ac confutandi eorum errores. Azorius *tom. primo, libro octavo, capite 16. quæstione sexta*. Layman *libr. secund. tractat. prim. capit. 15. numero quarto*. Becan. *2. 2. capit. 15. quæstione octava. numer. quint.* Sanchez *libr. secund. Decalog. cap. 10. num. 42*. Diana *part. 2. tractat. 11. resolut. 35.*

⁷⁶ Cum nosceretur, lectionem librorum prohibitorum magno esse sinceræ fidei cultoribus detrimento, ac licentia librorum huiusmodi legendi nimium excrevisset. Gregorius X V. motu proprio in Bulla, quæ incipit *Apostolorum officium* 30. Decemb. 1621. omnes, ac singulas licentias legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis cuiuscunque gradus, ac conditionis existentibus antea concessas revocavit, cassavit, & annullavit. Et declaravit, libros per huiusmodi licentias permisos legentes, aut habentes pœnas in Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere. Præterea præcepit illis, qui aliquos similes libros habere, sciuerint, ut eos denuncient. Denum ut de cætero similes licentia non nisi à Congregatione S. Officii, quæ singulis hebdomadis coram Pontifice haberi assolent, concedantur. Hæc Gregorius.



CAPVT X.

De Absolutione ab hæresi.

⁷⁷ Ab hæresi interna tantum, vel externa solum, potest absolvi quilibet Confessarius.

⁷⁴ De legentibus scholia hæreticorum in Catholicis libro.

⁷⁵ De libris hæreticorum approbatis auctoritate.

⁷⁶ De licentiarum legendi, vel retinendi hæreticorum libros revocatione.

Ab hæresi sarius ad confessiones audiendas approbatus. Ab hæresi autem interna, & externa simul, quæ sit publica, ex iure solus Papa absoluit. Ratio prioris est, quia hæresis solius excommunicationis ratione reservatur: hæresis solum interna, vel externa solum absque errore interno, excommunicationi non subiaceret, cum de internis Ecclesia non iudicet: nec censura contrahatur nisi ob delictum consummatum & externa ex errore intellectus. Posterius autem ex Bullæ simul, Papa solus.

78
Tria requiruntur, ut hæresis censetur.

Porro ut hæresis dicatur externa tres conditiones requiruntur in verbo, signo, vel facto manifestante. Prima ut ita illud sufficienter manifestet internam hæresim, quod si aliquis adesset, posset illam percipere, siue ex sola talis signi natura, siue ex circumstantiis loci, temporis, & aliorum concurrentium. Quia si per illud hæresis deprehendi non potest, hæreticus manet non solum occultus, sed internus, unde non potest excommunicationem incurrere. Secunda, ut actus sit de se malus, & lethalis non per solam relationem ad actum internum, sed etiam secundum operis externi qualitatem, & quantitatem: Quia excommunicatio, & similes graues pœnæ non imponuntur nisi propter actum externum, qui ex natura sua, & secundum quod externus est, mortalis existit. Tertia, ut actus ille externus sit hæresis confessio. Vgolinius de Censur. Papa referunt parte secunda, capite primo, Paragrapho primo, numero 17. Bannes 2. 2. question. 11. articulo quarto, dubio secundo, Valquez 1. 2. disputat. 160. capite quinto, numero 20. & 21. Sanchez libro secundo, Decalogi capite octauo, numero septimo, Manuel, tomo primo, summ. capite 80. numero octauo, Gutierrez 99. Canon. libro primo, capite quinto, numero 13.

79
Episcopi possunt ab hæresi occulta absolueri ex Tridentin. sess. 24. cap. 6. Neque per subsequentes Bullas Cœnæ fuit eis hæc sublata potestas. Portel. verb. Episcopus, numero primo, Croulers ad caput septimum, regula S. Francisc. lect. vi. Putean. 2. 2. question. ii. articulo quarto, dubio secundo, Fagundez præcepto secundo, Decalogi libro octauo, capite octauo, numero 32. Imò pro hæresi manifesta etiam concedit Episcopis hanc potestatem in regionibus septentrionalibus Layman. libro primo tractat. quint. parte secunda, capite quinto, numero secundo, propter frequentiam casuum, & difficultatem adeundi Pontificem. Vnde Episcopis Belgij, (verbi gratia,) Gregorius XIII. Bullam expedituit anno 1576. die 25. Februar. cuius vi possunt ab hæresi manifesta absolueri, & ab aliis casibus Papæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ: hancque potestatem possunt etiam cuilibet Sacerdoti idoneo delegare. Bassæus verb. Hæresis, numero 18.

80
Quid Domini Inquisitores.

Domini Inquisitores habent facultatem absolueri ab hæresi non solum in foro externo, sed & in foro conscientia. Et huiusmodi facultas competit cuilibet Inquisitori, & non toti Consistorio. Lorchius verb. Hæreticus, §. 12.

Putean. 2. 2. question. ii. articulo quarto, dubio secundo, Sanchez libr. 2. Decalog. cap. 12. Diana p. 1. tract. 5. resol. 3.

Bullæ & Iubilei in quibus conceditur facultas absolueri ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, Confessarius electus potest à crimine hæresis absolueri, nisi contrarium à Dominis Inquisitoribus ex speciali indulto exprimitur. Et ita declaratum fuisse in Sacra Pœnitentia Roma testatur Filiucius tractat. 8. numero 265. & docent Reginaldus libro octauo, numero tertio, Fagundez præcepto secundo, Decalog. libro octauo, capite octauo, num. 38. Diana p. 1. tract. 5. resol. 1.

Possunt Prælati Regulares subditos suos absolueri ab hæresi occulta ex Pij V. privilegio. Quia si probabile est, auctoritatem Episcoporum non esse reuocatam per Bullam Cœnæ, sine dubio Superiores Regulares ex præfato Pij privilegio apud Rodriguez tomo primo, 99. Regul. question. 61. articulo nono, possunt ab occulta hæresi absolueri: nam extensio Pij generalis est quoad omnes facultates. Imò in partibus Ultramontanis, in quibus non viget Sancti Inquisitionis Officium, ex nouo decreto Regularibus concessio à Paulo V. possunt Prælati Regulares causas ad Sancti Inquisitionis Officium attinentes cognoscere: ita tamen ut postea quæcumque per ipsos acta fuerint Sancti Inquisitionis officio indicentur. Sanchez de matrim. libro octauo, dubio secundo, numero tertio, Suarius de Relig. tomo quarto, tractat. 9. libro secundo, capite 20. numero 11. Coriolan. de casibus referunt parte prima, sectione prima, articulo 21. Diana parte prima, tractat. quint. resol. sext. Ex qua concessione constat, Prælatos posse absolueri subditos etiam in foro externo ab hæresi in præfato casu, & per consequens à reliquis casibus Bullæ Cœnæ, Croulers ad c. 7. regula D. Francisc. lect. 12.

Ex probabili sententia asserente, non derogari Mendicantium privilegiis per annum Bullæ Cœnæ publicationem, possunt Mendicantes approbati iuxta formam iuris faculares absolueri à casibus Bullæ Cœnæ, & etiam ab hæresi, modo sint occulti. Quia ex concessione Urbani IV. apud Rodriguez tomo primo, 99. Regul. question. 61. articulo tertio, possunt Patres Carmelitarum ex licentia Prælatorum Ecclesiæ, siue ab ipsis approbati, confessiones omnium Christi fidelium ad eos recurrentium causa deuotionis audire, nisi talia commiserint, propter quæ esset Sedes Apostolica merito consulenda. Sed pro hæresi, nisi illius sit, qui inhæresim coram Iudice competentem abiuratum sit relapsus, non est merito consulenda Apostolica sedes. Quia Sixtus IV. prout habetur in libro Monumenta Ordinum, concess. 345. declarauit, solum esse ad Sedem Apostolicam meritò destinandos hæreticos relapsos, schismaticos, & qui literas Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent. Ergo ab hæresi occulta possunt præfati absolueri. Porro per Tridentini decretum sess. 24. c. 6. casus hi occulti iam non sunt Papales, sed Episcopales. Sanchez libro quarto Decalogi capite 54. numero 27. Diana parte prima, tractat. ii. resol. 28. & parte 3. tractat. 2. resol. 13. & p. 4. tract. 4. resol. 239. volens conciliare facultatem Tridentini Episcopis concessam cum Bulla Cœnæ postea pro

Secl. I. De Fide, Receptiores Sententia. 13

promulgata inquit, *Res de dici potest, Bullam Cœna solum prohibere absolutionem hæresis, & a iocum criminum, quando publica sunt, & ideo non derogari faciliati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est.* Porro hæc sententia anno 16. 19. 18. Iulij, in consistorio Sacre Congregationis Cardinalium visa, tolerata est. Et tanquam probabilis à multis Regulis Academicæ Duacensis admittitur. Quid sentiam scilicet. exponam. Porro non derogari per Bullam Cœnæ Mendicantium privilegiis assensere Rodriguez tom. 1. q. 7. Regular. q. 20. art. 9. Suar. de Re. 16. tom. 4. tr. 10. l. 9. c. 10. m. 18. Diana p. 1. tr. 5. resol. 6. Soula in Bul. Cœnæ. c. 23. d. 100.

84. Potest ab hæresi absolui quilibet Sacerdos, etiam non approbatus in articulo mortis: & iuxta probabilem admodum sententiam etiam præfente Confessario approbato, vel Superiori, cui hæresis referatur. Quia iuxta Tridentinum nulla reservatio est in mortis articulo: quod verum non esset si præfente Præfato, vel Confessario approbato, ipsi, & non alteri fateri liceret, hoc enim aliqua reservatio esset. Nauac. l. 5. Conf. de pœnit. conf. 15. Henri. l. 6. c. 1. num. 4. Manu. tom. 1. q. 9. Regul. 56. a. 4. Vega. tom. 1. sum. c. 6. casu 16. Diana p. 1. tr. 5. resol. 5. & p. 4. tr. 4. resol. 16. l. 1. & p. 5. tr. 5. resol. 65.

CAPVT XI.

De Hæreticorum Pœnis.

87. **D**uplex hæreticorum pœna, quædam Ecclesiastica, vt excommunicatio, irregularitas, priuatio potestatis spiritualis, inhabilitas ad Beneficia, &c. quædam sunt ciuiles, vt priuatio bonorum, officij publici, famæ, & vitæ. Omnia autem, quæ de pœnis hæreticorum dicuntur, locum habent in apostatis à baptismo, id est, in iis, qui post baptismum receptum ad Iudaismum, vel Paganismum desecunt. Tit. de hæreticis. in 6. Quia Ecclesia idem habet ius in omnes ratione baptismi. Sic omnes.

86. Prima ergo pœna spiritualis hæretici est excommunicatio maior, non solum nunc per Bullam Cœnæ, quæ annis singulis feria quinta Cœnæ Domini innovatur, sed etiam per Innocentium III. cap. Nonerit, de sent. excomm.

87. Secunda est Irregularitas. Colligitur ex cap. Sal. berrimum, cap. Conuenientibus, l. 9. 7.

88. Tertia est priuatio omnis iurisdictionis Ecclesiasticæ. Vnde ipso facto est suspensus ab officio, & Beneficio: de oque nec ligare, nec solvere potest. Quod intelligendum est de hæretico nominatim excommunicato, & publicè denunciato, & seclusa externa necessitate. Quia iurisdicatio ab Ecclesia datur, & ab eius libera voluntate pendet. Ergo cum ei liber, potest illam auferre, sicut in hoc casu intendit. Retinet tamen hæreticus potestatem Ordinis, ad conficienda valide Sacramenta. Quia hæc potestas fundatur in charactere Sacerdotali, vel Episcopali, qui est indelebilis. cap. Audiuius, cap. Apertè, cap. Miramur, l. 4. q. 2.

89. Quarta est inhabilitas ad Beneficia. Vnde Escobar, & Mendoza, Theol. Moral. Tom. VI.

hæretici, eorumque filij vsque ad secundam generationem ad nullum Ecclesiasticum Beneficium, seu officium publicum possunt admitti: quod si secus actum fuerit, erit inane cap. Quicumque, ne, §. Hæretici, de hæretic. in 6.

90. Quinta est priuatio dignitatum, ac Beneficiorum Ecclesiæ. Vnde hæreticus statim post lapsum in hæresim priuatus est ipso iure titulo Beneficij, non tamen possessione. Quia non cogitur, illud dimittere, nisi postquam crimen fuerit per sententiam Iudicis declaratum. Licet possit impetrari tanquam vacans, etiam ante sententiam declaratoriam criminis. Cap. Vi commissi, §. Primandis, de hæretic. in 6. Bulla cum ex Apostolatus. Cap. Licet Episcopus, de præbend. in 6.

91. Sexta denique est Ecclesiasticæ sepulture priuatio. Debet tamen hæreticus esse manifestus, & in hæresi decedere: quia occultus priuatus non est. cap. Quicumque, de hæretic. in 6.

92. Prima vero pœna Ciuilis hæretici, qui exterius suam hæresim prodit, est omnium honorum confiscatio. Statim enim est priuatus in foro conscientie omni dominio, quod transfertur in fiscum, retinet tamen possessionem, quousque per Iudicis sententiam de crimine condemnatur; tunc enim fiscus eas sibi vendicat. Cap. Cum secundum leges, de hæretic. in 6.

93. Secunda est priuatio omnium officiorum publicorum. Vnde hæreticus non potest esse Adnotatus, Tabellio, aut Procurator, nec publicum aliud officium acquirere. Quia est excommunicatus, & ab Ecclesia diuisus. Cap. Vi commissi, de h. ret. in 6. cap. Nulla officia, dist. 54.

94. Tertia est infamia. Vnde hæreticus post Iudicis sententiam declaratoriam criminis iuris infamiam contrahit. Nec enim opus est, vt Iudex reum condemnet, vt infamem, sed tantum vt crimen declare. Attamen si hæresis crimen fuerit notorium per facti euidentiam, hæreticus infamiam facti, non iuris contrahit. Cap. Excommunicamus, de hæretic. leg. 1. ff. de iis, qui notantur infamia.

95. Quarta demum pœna est capitis supplicium. Alicubi hæretici gladio necantur, vt in Flandria, & Germania inferiori. Alibi ligatis manibus in flumen proiciuntur, vt in Geldria. Apud Italiam, Hispaniam, & Galliam igni traduntur. leg. Arriani. C. de hæretic. Hæc omnia seruanda sunt in vigore iuris, ex æquitate tamen aliquando aliter fit, prout Prouinciarum fert usus. Lege de his pœnis Alfonso de Castro libr. 2. de iusta hæreticorum pœnit. cap. 9. Azorium tomo primo, libro octauo, capite 11. 12. & 13. Syluium 11. 2. quæstion. 11. artic. tert. quæst. terr. quart. & quint. Sancium libro secundo. Decalogi. Fillium namque de Logo, & Ferdinandum de Castro Palao sectione secunda, passim citandos.

96. Porro pœna hæretici relapsi est, vt Curia seculari tradatur sine vlla veniæ, ac miserationis spe, quamvis sui delicti egerit pœnitentiam. Ei tamen Eucharistiæ Sacramentum non denegatur. Et si pertinax persistat, viuus exuritur: vt etiam non relapsus, si obstinat in hæresi perseueret. Verum iure Canonico relapsus dicitur ille, qui postquam publicè coram Iudice hæresim abiurauit, in eandem, aut in diuersam aliam incidit.

B

incidit.

incidit. Si autem quis saepius relabatur in haereticum, à qua tamen recesserit per cordis poenitentiam, vel oris coram Confessione, non vero per abiurationem coram Iudice, non habetur pro relapso, iuxta communem sententiam ad cap. 1. *Accusatus de heret. in 6. Castro l. 2. de infamia heret. punit. c. 2. Azor. 10. l. 8. c. 14. Director, Inquisit. p. 2. q. 40. § 5. & 8. Simanc. de Cathol. inffit. tit. 57.*

97 *Per absolutionem a censura, & peccatis hereticus non liberatur ab aliis poenis.*
 Haereticus per absolutionem à censuris, & peccatis, ab irregularitate, & inhabilitate ad officia Beneficia Ecclesiastica non liberatur, nec pristinae dignitati restituitur. Constat ex praxi Ecclesiae, ac multis Canonibus. *Causa 1. q. 7. Unde haereticus, si Clericus sit; ad laicam communionem admittitur. Quadruplex vero dispensatio impetrari potest, semiplena, ad exercitium ordinum ante susceptorum admittatur; plena ut possit fieri Sacerdos; plenior, ut ordinetur Episcopus; plenissima, ut ad Superiores dignitates recipiatur, quemadmodum D. Petrus post trinam negationem Summus Ecclesiae Pastor est constitutus. D. Th. 3. p. q. 89. a. 3. Syluest. v. Haereticus, q. 14. n. 21. & v. Irregularitas, q. 5. Azor. tom. 1. l. 8. c. 19. q. 6.*



CAPVT XII.

De Confessario ad Venerem sollicitante.

98 *Confessarius sollicitans in fide suspectus.*



VM Confessarius in Sacramentali Confessione poenitentem sollicitans ad turpia, sit in fide suspectus, ut tenent Penna p. 2. *Director com. 81. Sola in a phor. inquisit. l. 1. c. 34. n. 8. operæ pretium duxi ad Tractatus de fide complementum nonnulla hic de hoc grauissimo crimine generatim prælibare, ut ad Dubia inferius apponenda via sterneretur.*

99 *Pij 1^o cir. ca hoc constitutum.*

Pius IV in Bulla, quæ incipit, *Venerabili Patri Archiepiscopo Hispanensi*, quæ edita fuit, & publicata die 16. Aprilis, anno 1561. solum concedit Inquisitori generali iurisdictionem puniendi per se, vel per alios à se deputatos, delinquentem Sacerdotem tam secularem, quam Regularem Regnorum Hispaniæ, qui Sacramento Confessionis abutuntur nempe feminas poenitentes ad inhonestos actus, dum earum Confessiones audiunt, alliciendo, ac prouocando, aut allicere, vel prouocare tentando, & procurando. *Super iis*, (ait Pontifex) *diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hereticos, aut de heresi suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, ac tenorem procedas.*

100 *Clementis VIII. decretum.*

Postmodum Clemens VIII. ut fertur in Summi Senatus Inquisitionis decreto edito die 3. Decemb. anno 1592. solum statuit, Inquisitorem generalem in Hispania procedere posse aduersus quoslibet Presbyteros seculares, ac Regulares, qui in Sacramento Poenitentiae, seu in actu Confessionis Sacramentalis sollicitauerint mulieres poenitentes, ad impudicitiam, seu

peccata carnis, sicut in aliis causis sanctissimæ Inquisitionis Officium pertinentibus, sicut haecenus fecit etiam priuatiuè quoad Superiores Regularem, cuiusvis Ordinis, & Congregationis, etiam Mendicantium existant: ipsosque Regulares non eximi ab onere denunciandi huiusmodi delinquentes eidem Sancto Officio, quemadmodum in aliis causis S. Inquisitionis, in quibus alij fideles de iure tenentur.

Denique Gregorius XV. die 30. Augusti anno 1622. & sui Pontificatus 2. constitutione edidit aduersus sollicitantes Sacerdotes. In qua primò refert, & confirmat Bullam Pij IV. illamque non solum in Hispaniarum Regnis, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, ac inuolabiliter obseruari præcipit. Secundo, ne de poena his delinquentibus imponenda, & de modo procedendi ab aliquo possit dubitari statuit, quod omnes, ac singuli Sacerdotes tam exempti quam non exempti, qui personas, quæcumque illæ sint ad inhonestas siue inter se siue eum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confessionis, siue ante vel post immediatè seu occasione, vel prætexta Confessionis huiusmodi, etiam Confessione non secuta: siue extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Confessiones audiendas electos, simulantes ibi Confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, seu tractatus habuerint, in officio S. Inquisitionis seuerissimè puniantur. Tercio apponit modum de tali delicto cognoscendi: remittit enim eius cognitionem tam Inquisitoribus, quam locorum Ordinariis simul, vel separatim. Quarto adiicit, eos, qui in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus culpabiles fuerint reperti, pro criminis qualitate, ac circumstantiis puniendos esse, nempe suspensione ab executione Ordinis, priuatione Beneficiorum, dignitatum, ac officiorum perpetuèque inhabilitatis ad illa: necnò vocis actiue, & passiuæ, si Regulares fuerint, exilij, damnationis ad terrena, carceris perpetuæ: imò si pro delicti grauitate maiores penas meruerint, præcedente degradatione Curie seculari puniendi tradantur. Quintò impenditur facultas venerabilibus fratribus S. Romanæ Ecclesiae Cardinalibus, Generalibus, Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiae Dei tam perniciosum remaneat ob probationem defectu impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus concurrentibus, presumptionibus iudiciis, & aliis admittendis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curie seculari reum tradendum esse pronuntiandi. Sextò imperat omnibus Confessariis, ut suos poenitentes, quos nouerint, fuisse ab aliis sollicitatos, moueant de obligatione denunciandi sollicitantes seu tractantes de inhonestis Inquisitoribus. Quod si hoc officium prætermiserint, vel poenitentes docuerint, non teneri ad denunciandum confessarios sollicitantes, seu tractantes, iidem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non neglegant.

In Bulla Pij IV. & in Clementis VIII. decreto solū de sollicitatione mulieris sermonem haberi. At in Bulla Gregorij XV. cuiusvis præcautionis sollicitatione, ut constat ex illis verbis: *Quæcunque*

101 *Gregorij XV. constitutio.*

102 *Comprehenditur, qui famulam, aut eorum sollicitat in Bulla Gregorij.*

Sect. I. De Fide, Receptiores Sententia. 15

104 que ille sint, ad inhonestam, &c.

Et qui in. Tercio, ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. Sacerdotem in Confessione ante, vel sollicitantem venire puniendum. At ex decreto Gregorij siue in Confessione, siue extra forum, vel ante vel post immediate, siue in Confessione, seu in loco Confessionibus audiendis natio sum. deputato, simulantem audire Confessionem, & las Confes. penitentem sollicitantem, aut cum eo inhonestum, ad neta tractantem puniendum venire.

Quarto, in decreto Pij, & Clementis nullam obligationem preter eam, quae iure naturae incipit, imponi penitenti Confessarium denuntiandi. At in decreto Gregorij praesupponi, penitentem tenei Confessarium sic sollicitantem denunciare: & insuper praecipit omnibus de obliga. Confessarii, vt eos de tali obligatione tione denuntiarent.

Quinto in Bulla Pij, & in Clementis de. creto committi huius delicti cognitionem Inquisitori Generali Hispaniarum, & ab eo de. omnibus putari. At in Gregorij decreto omnibus totius Christiani Orbis Inquisitoribus, & locorum Ordinariis simul vel separatim cognoscendum, & cendi facultatem impertiri.

Sexto, Bullam Gregorij non esse in Hispania receptam ex eo capite, quo Inquisitores locorum Ordinarii aequales sunt contra de. cretum Pij, & Clementis, quo ipsi soli de hoc crimine priuatiue cognoscunt. Equidem etsi

ex hoc capite acceptata non sit, in aliis recepta, ut constat ex verbis Edicti ab Inquisitoribus annis singulis promulgati.

Septimo, Paulum V. die 16. Septembris anno recepta quo 1608. Bullam promulgasse, quae incipit, *Dilecti ad Ordine, fili*, explicat Roderic. Acunna, in qua confitetur, mat Bullam Pij IV. & concedit facultatem Inquisitoribus, vt valeant procedere contra Confessarios siue seculares, siue Regulares, qui Sa-

cramenta penitentiae in Sacramentali Confessione abutuntur mulieres penitentes ad

inhonestos, dum earum audiunt Confessiones, alliciendo, ac prouocando: seu alliciendo, ac prouocare tentando: & eos punire prout iuris fuerit, etsi opus fuerit, illos degradare, ac Curae seculari committere. Cum autem haec Bulla edita sit pro Portugalia, & Algabiorum Regnis, & ita haec Bulla quam Pij IV. & Clementis VIII. generaliter non loquantur ideo Gregorium XV. has constitutiones confirmasse, ampliasse, & extendisse ad omnes vbique locorum existentes. Et Urbanum VIII. per Eminentissimum Cardinalem Millinum scribere mandasse literas die 3. Octobris, anno 1626.

Archiepiscopis, seu illorum Vicariis Generalibus, vt cunctis Sacerdotibus Regularibus, ac secularibus in actu approbationis ad audientias Confessiones legatur constitutio Gregorij XV. maxime §. cuius initium est, *Mandantes*, vt monere possint, sollicitantes esse denunciandos, & si ipsi omittere possint ab Ordinariis, vel Inquisitoribus puniri. Praeterea ipsum Urbanum praecipisse, vt singulis annis, feria 6. post Octauam Assumptionis Deiparae Superiorum Regulares sub poena priuationis officij, ac voeis actus, & passiuus, ipso facto incurrenda, in publica mensa, seu capitulo ad hoc specialiter conuocato: & in quolibet Capitulo generali, vel Provinciali seu Conuentuali teneantur suos monere subditos circa obsequium, & Mendoza, Theol. Moral. Tom. VI.

uantiam Apostolicarum Constitutionum ad Officium S. Inquisitionis pertinentium: & in specie de hiisque in decretis Pij IV. ac Gregorij XV. sunt expressa.

Enim vero ex edicto quod annis singulis Domini Inquisitores assolent publicare in Vr. intra sex bibus, vbi Sacrum Inquisitionis Tribunal erit, dies positur, satis ostenditur, quam stricta sit in penitentibus obligatio Confessarium sic sollicitantem denunciandi, & quam efficaciter intendat gerenda esse Ecclesia huic grauissimo crimini remedium denuntiatio, adhibere. Tenetur ergo penitens sollicitatus, Et quomodo, & quibus id sciens Confessarium sollicitantem do bi dies denunciare Inquisitoribus intra sex dies, computandi, putandos quidem a die publicationis edicti, seu a die scientiae edicti. Vnde penitens edicti ignarus, seu iusta causa impeditus tenetur, scientia aduentante, vel cessante impedimento, denunciare. Suar. de Censur. d. 20. sect. 1. n. 14. Henriquez. l. 1. c. 18. num. 6. Porro in praefatis sex diebus non annumeratur dies naturalis publicationis, sed a die immediate sequenti inchoandus sex dierum numerus. Diana p. 4. tr. 5. resol. 41. citans Freitas. Acunna g. 21. n. 4. alferit, feminam edicti ignaram non teneri denunciare Confessarium statim ac sciverit, sed intra dies in edicto praescriptos; ne sit deterioris conditionis quam gnara. Idem die de illa, quae ob aliquod impedimentum excusatur, cum eadem sit ratio.

Tenetur etiam denunciare, qui audiuit a vi- tis, aut a feminis probis, & fide dignis: eius si a Tenetur de- leuibus, non dignis fide. Et omnes feminae, nunciare, ac persone, etsi nobilissimae, & egregiae sint, qui a fide digno audi- set. Etsi Inquisitores non possint contra Reges, ni, siue sit ac Principes procedere non recognoscentes in Rex, siue temporalibus Superiorem, tamen subiiciuntur Inquisitionis Edicto quoad effectum re- femina, egregia, uelandi. Acunna g. 22. n. 14. Freitas citans Trullenchi. l. 1. Decal. c. 3. d. 18. n. 12.

Sciens sollicitationem, tenetur denunciare etiam transacto sex dierum tempore, vbi pri- Etiam tra- mum edicti scientiam habuerit. Quia praec- salto sex ptum est perpetuum, donec renocetur. Suar. de dierum tem- fide, d. 20. sect. 4. n. 11. Anila de Censur. p. 2. cap. 5. pore. d. 5. Ioan. Sanc. in selett. d. 1. n. 61. & 62. Peni- tens igitur, aut alius quilibet delicti conscius, & edicti gnarus non denunciatus intra terminum excommunicationem incurrit, a qua absolui non potest etiam per Bullam Cruciatam, nisi facta denunciatione, vel nisi per ipsum non stet, quin modo fiat.

Imo non existentibus decretis praefatis tene- tur sollicitata sub excommunicationis latae Licet de- sententiae poena Papae reseruata: sollicitantem creta hac Inquisitoribus denunciare, vel Ordinariis. non existe- Quia in decreto Congregationis vniuers. Inqui- rent, denun- sit. id praecipitur circa suspectos de haeresi in ciare quis Confessione sollicitans suspectus de fide cense, teneretur. tur. Diana part. 4. tractat. 5. resol. 41. Decretum autem Congregationis datum est die 3. Ianua, anno 1623.

Denunciatio huiusmodi facienda est Inqui- sitoribus & non Episcopo. Quia cognitio hu- Ad inquisi- ius delicti priuatiue ad eos spectat, vt ex edicto tores, non ad constat, & ex Pij IV. & Clementis VIII. c. 6. c. 1. Episcopum fione, praxi fidelium apud nostros comprobata, deferenda te. Patet etiam ex Pauli V. constitutionibus, est denun- vbi cauetur, Episcopos per se solos non posse eri- ciatio.

B 2 mine

COBAR
E Mor.
21. VII
IV

mine animaduertere, sed simul cum Inquisito-
ribus. Sicut de crimine hæresis praticatur.
Acunna q. 12. q. 1. 8. Freitas 11. de Confess. sollicit.
quest. 2.

ii4 Profecto sollicitans etsi grauissimè delin-
quat, non tamen ideo est excommunicatus, nec
peccatum id est reservatum: ideoque potest,
seruatis seruandis, absque privilegio absolui.
Rodrig. p. 1. sum. c. 207. concl. Henr. l. 3. de pe-
nit. c. 10. n. 7. lit. H. Freitas qu. 21. n. 2. 13. & 21.
Ant. de Sol. Aphorism. Inquisit. l. 1. c. 34. nu. 62.
Trull. l. 1. Decal. c. 3. d. 8. n. 16.

ii5 Omittens sine causa denunciationem soli-
citantis, lethali ter delinquit. Quia res grauis
est, ut indicat aperte excommunicationis late
sententia: poena in Edicto Inquisitionis appo-
sita. Quod quidem peccatum est contra Reli-
gionem, & reuerentiam Sacramento debitam.
Acunna q. 1. o. n. 1. Henr. l. 6. c. 12. m. 6. Manuel
sum. c. 207. n. 1. & p. 2. q. 9. Regul. q. 27. a. 1. Bona.
de onere denunciandi, d. 6. pun. 3. n. 10. Diana p.
sarius p. 4. n. 5. re sol. 5.

ii6 Ut Confessarius Breuis poenas incurrat, &
ut denunciandus veniat, sufficit, quod re vera
sollicitauerit, vel ad inhonestam prouocauerit, li-
cet sollicitationis effectus securus non sit. Quid
licet esse.
Eius securus
non fuerit.

id aperte in de. retis exprimitur. Mulieres vi-
delicet penitentes, dum earum audiunt confesso-
nes, alibiendo, prouocando, seu allicere, & prouo-
care temendo.

Denique nullo modo tenetur poenitens de-
nunciare Confessarium ad alia peccata, non
venerea sollicitantem. Quia nullibi cautum
est, talem denunciationem esse faciendam ne-
que in decretis Pontificum, neque in edictis
Inquisitionis: omnia enim hæc solum de sollici-
tantibus ad inhonestam loquantur, ob fragilita-
tem enim naturæ frequentius hæc sollicitatio
contingere poterat, & maius in ea consentien-
di periculum. Et quia in delictis non sit exten-
sio, cap. Pænis, de regul. iur. in 6. Paramus de orig.
Inquisit. l. 3. q. 10. n. 121. Sanci. in select. d. 11. nu.
23. Acunna qu. 8. num. 3. & 6. Palao tom. 1. tract.
4. d. 9. punct. 6. num. 2. Diana part. 4. tractat. 5.
resol. 17.

Addiderim, nec sollicitationem ad venerem
in aliorum Sacramentorum usu denuncian-
dam esse Inquisitoribus. Quia nullibi de hu-
iusmodi delicto specialiter est cautum, fieri de-
nunciationem. Acunna q. 16. Freitas, San-
cius, & Palao, quos citat, sequitur Trull. l. 1.
Decal. c. 3. dub. 18. num. 57.

SECTIO SECVNDA.

De Fide, & Infidelitate Dubia.

CAPVT XIII.

Circa Fidei Obiectum.

DVBIUM I.

An stante cognitione euidenti de aliquo
obiecto possimus de illo fidem ha-
bere?

ii9
Certum
suppono.



ERTVM est, obiectum fidei, qua-
tenus fidei est, esse non vltimū,
idest, per fidem ipsam nō videri,
neque euidenter cognosci. He-
br. o. 1. Fides est sperandarum sub-
stantia rerum, argumentum non apparentium.
Quæ verba saltem in sensu formali vera esse
debent. Item ad credendum fidei diuinæ requi-
ritur specialis Spiritus Sancti motio. Trid. sess.
6. c. 9. At ad credendum obiectis euidentibus
hæc motio non requiritur. Quæstio igitur est,
num stante euidenti cognitione, de aliquo ob-
iecto possimus de illo fidem habere?

ii20
Non possu-
mus.

Non possumus. Quia ea, quæ euidenter co-
gnoscuntur, absolute apparent: ergo cum fides
sit non apparentium, ut ait Apostolus, esse de
euidentibus non potest. Sic D. Th. 2. 2. q. 1. a. 4.

& 5. Caiet. & Bannes ibi. Scotus in 3. dist. 14.
q. 1. Richard. ibi. q. 5. Capreol. d. 25 q. 1. a. 2.
concl. 1. & 2.

Possimus quidem. Quia plura proponuntur
fidei diuinæ credenda, quorum euidentiam ha-
bere potes, videlicet, Deum esse vnum, esse la-
pientem, esse fidelem, & potentem adimplere
promissā, &c. Sed ex eorum cognitione euidenti
non potest fidei exercitium impediri, aliis de-
terioris esset conditionis homo doctus indo-
cto: ergo. Minorem probo. Nam accedentibus
ad Deum siue doctis, siue indoctis proponitur
fidei diuinæ credendum: Quia est, & quia inqui-
rentibus se remunerator sit, Hebr. 11. Sed postea
contingere, quod saltem de esse Dei quis eu-
dentiā habeat: Et talis euidentia obesse ei
non potest, quominus fide diuinā id ipsum cre-
dat. Ita albert. Mag. in 3. dist. 24. a. 9. Bonau. ibi.
a. 2. q. 3. Gabr. q. 1. a. 2. concl. 3. Valent. tom. 3.
d. 1. q. 1. pun. 4. alios citans, Suar. tom. 2. in 3. p. d.
19. sect. 1. Coninch. d. 11. dub. 1. concl. 2. n. 15.

Probabilius existimo, his Doctoribus hæ-
rens, posse nos fide diuinā omnia diuinā my-
steria credere, quorum euidentiam habemus: rem bene
atque adeo fidem cum scientia posse compati. credo esse
Concedo enim, ea, quæ euidenter cognoscuntur, sententiam
tur esse apparentia, non vndeque sed ex vi
illius cognitionis, quæ euidenter cognoscuntur:
cum autem cognoscuntur ex alia obscura,
& ineuidenti, apparentia non sunt. Quo-
circa cum Paulus dicit, fidem esse ar-
gumentum non apparentium, intelli-
gendus est formaliter, hoc est esse
argumentum